DE IVRE CONSVETVDINIS TRACTATVS.

ANTONII PIAGII I. V. C.

IN QVO MAGIS COMMVNES opiniones Doctorum, tam antiquorum quam modernorum conferuntur, & concordantur.

Vna cum duplice Indice.

Ex libris Joanis Ant. [illegible] Patrici



ROMAE,
Expensis Alexandri Lanceæ. 1611.

Cum Priuilegio, & Superiorum Permissu.

Imprimatur, si videbitur R.P. M.Sac.Pal. Apost.

Cæsar Fidelis Vicesg.

Imprimatur Fr.Tho. Pallauicinus Mag. & Reuerendiss. P. Fr. Ludouici Ystella Sac.Pal. Apost.Mag. Socius Ord.Præd.

Per Illust. & admod. Excell. D.

D. ANGELO ANDOSILLO

ADVOCATO EMINENTISS.

SVperioribus annis syntagma de consuetudinis Iure Antonius Piagius. I. C. eximius cōscripsit. Ego imprimendum meo aere, atque edendum curaui eius syntagmatis exempla, quamuis ad sexcenta fuissent excusa, diutius apud Bibliopolas prostare iuris studiosi minime sunt passi. Coempta enim vniuersa statim fuisse illud indicio fuit, quod a cō-

pluribus conquiri, & frustra per in dies sciebam, hoc ego doctorum hominum quasi testimonio impulsus, ad alteram eius libri editionem animum appuli; vt & flagitantibus satisfacerem, & non nihil emolumenti inde perciperem. Ceterum ne in ipso Consuetudinis libro, à recepta per tot secula consuetudine recederem, consilium cepi de patrono deligendo, cuius auctoritas non parui ad rationes meas momenti esset, deliberanti autem mihi, quò potissimum confugerem Tu, ANDOSILLE eminentissime, dignus es visus, quem in primis cooptarem; Nam ingenij acumine. iudicio, memoria ad iuris prudentiæ fastigium peruenisti, & in aduocationibus quodam modo regnas, atque ædes tuæ adeo celebrantur, vt verissimè à veteribus

di-

dictum videatur. Iuris Consulti domum ciuitatis oraculum esse. Ac licet virtutum tuarum splendore facem ipse alijs sis prælaturus, neque maiorum imaginum commendatione vlla egeas; tamen hæreditariam cognatorũ industriam, prudentiam, pietatem in te renidere nemo non censeat, qui patrem tuum RAPHAELEM ANDOSILLVM patricium Pampilonensem iuris consultum, & in Romana Curia patronũ celeberrimum nouerit, ab eo pene puer in Hispaniam studiorum causa missus Salamancæ vtrique iuri operam ita nauasti, vt paucis post annis Romam reuersus, & ad Sanctiss. CLEMENTIS VIII. pedes officiose, pieq; aduolutus, sapientissimi Papæ iudicium, & præsagium preclarum de te tuleris, cum de ingenio, progressuq;

in

in studijs legalibus tuo (qua erat facilitate, & in patrem tuum beneuolentia) periculum fecisset. Neminem vero esse puto, qui vel memoriter teneat, vel aliunde, vt ipse feci, acceperit, quales, quantosque viros materno sanguine attingas; quin eorum te vestigijs insistere, & ad eorum gloriam te vocari facile iudicet. siquidem PORTIA mater tua matrona lectissima, PETRI PAVLI SPINOSI iuris consulti primarij filia per CONCORDIAM IACOBATIAM auiam suam ad Prelatos, Episcopos, Cardinales IACOBATIOS, VERALLOS, MILLINOS, summumquè Pontificem VRBANVM VII. stemma perducat. Magnum sanè pondus, hæc penes me habuerunt, vt tibi opus meis sumptibus recusum dicarem. Equidem, quod potui

tui, alacriter præstiti, vt apud iuris ſtudioſos omnes meæ in te obſeruantiæ monumentum exſtaret, Feceris viciſſim rem humanitate tua dignam, ſi conſilium meum accidiſſe tibi non ingratum intelligam. Vale. Romæ Kal. Iulij 1611.

Per Illuſt. dominationis tuæ

Humiliſſimus ſeruus

Alexander Lanceus.

Qua-

Quæstionum Index.

ANTONII

PIAGGII I. C.

TRACTATVS DE CONSVETVDINE

PRAEFATIO.

TRACTATVS Consuetudinis est frequentissimus, cum alteram totius iuris partem continere dicatur teste Vdalr. Zas. in l. de quibus ff. de leg. scireq; expedit cum non omnibus

nibus facile innoteſcat. c. 1. de conſtit. lib. 6. & per Ang. in l. 1. §. Diuus de ſepulchr. viol. & quia varijs in locis pertractatur difficultaſq; inde exoritur, vt ſenſit Abb. in prohem. Gregor. in princ. nu. 3. ideo in vnum tota hæc materia congeſta eſt vt quæ nam ſectanda, quæ ve etiam vitanda ſit inſpicere liceat ſecundum Ant. bu tr. in c. ex parte nu. 7. de conſuetu. Imol in c. 1. nu. 2. eo. tit. Pręposſ. in c. cognouimus nu. 2. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *QVOTVPLEX ſit Conſuetudo?*

2 *Generaliſſima conſuetudo quæ?*

3 *Orandi verſus Orientem conſuetudo*

4 *Orandi verſus orientem. 12. rationes*

5 *Orauerunt verſus orientm Apoſtoli.*

6 *Orauit verſus orientem Daniel,*

7 *Orauit verſus orientem Salomon.*

8 *Generalis conſuetudo quæ?*

9 *Conſumationem delicti requirit conſuetndo vt pœnæ locus ſit.*

10 ***Specialis conſuetudo quæ?***

11 ***Specialis conſuetudo derogat generali.***

12 ***Specialis conſuetudo continens quod ius commune regulatur ſicut illud.***

13 ***Specialiſſima conſuetudo quæ?***

14 ***Patris familias conſuetudo potiſſime attendi debet.***

15 ***Cantorum conſuetudo.***

16 ***Natura etiam vtitur conſuetudine dũ mulierem conſueto menſe parere facit.***

17 ***Principum etiam dicitur conſuetudo.***

18 ***Principes propter vicia ſolent habere ali-***

quos sibi acceptos quibus etiam nobilitates, & dignitates tribuunt.

19 *Veritas super omnia amanda.*

20 *Principibus qui vult esse gratus Placentiā non autem Veronam poficiscatur.*

21 *Dentium stridor preter consuetudinem, in saniam, & mortem significat.*

22 *Iacens pronus preter consuetudinem, aut delirat, aut ventris dolorem patitur.*

23 *Digestio in carnibus bouinis potiusq; in pullinis contingit stante consuetudine licet pullinæ leuiores sint cibi.*

24 *Prandere consuetus non prandens nocumen tum sibi parat, sicut qui consueuit sumere cibum in aliqua hora, & mutat ad aliam.*

25 *Animalia etiam de consuetudine participant*

26 *Morbus quoque non nihil commune habet cum consuetudine, & his qui patiuntur nu. 27.*

28 *Inanimatæ rei quoq; tribuitur consuetudo.*

29 *Familiaritas seu conuersatio consuetudini co heret quæ solet pro familiaritata vsurpari.*

1 Quero

QVESTIO PRIMA.

QVERO quotuplex
1 † eſt conſuetudo ? &
quidem ex intentio-
ne Doct. quadrupli-
cem reperio.
Prima namq; dici-
2 tur generaliſsima †
qualis eſt illa quæ viget inter omnes Catho
3 licos, ſcilicet, orandi verſus † Orientem cu
4 ius quidem orationis congrua † eſt conſue-
tudo ab 12. rationes quas colligunt. Ge-
min. in c. Eccleſiaſticarum nu. 6. & Io. de
Turr. Crem. nu. 7. 11. diſtinct. vbi quod
5 Apoſtoli † orauerunt verſus orientem cum
poſt Aſcenſionem Domini redierunt in
Hieruſalem, quam etiam orationem ver-
6 ſus orationem reperitur feciſſe † Daniel in
Captiuitatæ Babilonica, & pariter Salo-
7 mon † qui cum oraret, faciem ſuam verſus
ortum Solis vertebat, Moderni Repet. in l.
de quibus nu. 50. ff. deleg.
Secunda consuetudinis ſpecies eſt quæ
8 dicitur generalis † vt eſt illa quæ ſeruatur
in tota Prouincia Io. de Imol. in c. ex tua-
rum nu. 5. de Author. & vſu pallij, & ſi

quandoq; magis stricte sumitur, quandoquidem comprehendit consuetudinem tantum vnius Diocesis, idem Imol. in c. cum venissent nu. 3. de Instit. Ant. de butr. in d. c. ex tuarum nu. 3. idem tenuit Præpos. in c. consuetudines nu. 5. 11. distinct. Aliàs vlterius etiam porrigitur & sic extra Prouinciam, & Diocesim, & dicitur Generalis quæ viget per totam Italiam vt dici-
9 tur de ea quæ requirit consumationē † delicti Paul. Castr. in l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisq. iu. Rocch. Curt. c. fin. nu. 173. de Consuet. Andr. Alciat. resp. 9. quia articulus nu. 17. lib. 7. felin. in tract. de Conat. post lect. super Decretal. impresso Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 92. per tot. licet generalem & si minus proprie vsurpando pro generalissima hanc eandem totius Mundi consuetudinem dixerit Io. Franc. Purpur cons. 186. non potest deueniri nu. 5. lib. 1. & ante eum Henr. Boich. in d. c. fin sub nu. 2. vers. si consuetudo procedit de Consuet siue autem sit generalissima, siue generalis tempore Sanctæ memoriæ Pij Papæ Quinti, non profuit cuidam nobili Scholari Neapolitano qui exonerauerat Archibusium cōtra quendam

dam alium Scholarem in Ciuitate Peruſij quo tempore, & ipſe legibus vacabam, licet enim non fuiſſet ſequutus effectus, fuit tamen decapitari iuſſus, ſed tamen dicta conſuetudo alias Poſtmodũ conſueto pinguius profuit cuidam ruſtico, qui pro exoneratione Archibuſij contra quendam alium quem non tetigit, in eadem Ciuitate obtinuit ſupplicationem ſignatam tantum in ſcutis duobus quod fuit enimuero omnibus admirandum.

Tertia conſuetudinis ſpecies dicitur ſpe-
10 cialis † & ea eſt quæ ſeruatur in aliqua Ciuitate vel loco c. veniente de Iureiur. l. venditor §. ſi conſtat ff. commun. pred. l. 3. C. de Edif. priuat. Prepoſ. vbi ſupra, Hoſt. c. cum dilectus nu. 9. & ſeq. de Conſuet.
11 & iſta ſpecialis † derogat. generali Aym. Crauett. conſ. 111. ſpectabilis Iuriſconſultus nu. 16. lib. 1. Siluan. Conſ. 56. Magnificus Dominus nu. 12. lib. 1. & ante eos Philipp. Corn. conſ. 83. circa primum conſultarionis articulum ſub nu. 14. verſ. Præſuppoſito autem lib. 4. & quidem iſta
12 quando continet † illud quod ius commune, eius exemplo regulatur Prepoſ. c. quoniam nu. 2. 32. diſtinct.

Quartr species consuetudinis est quæ spe-
13 cialissima † nuncupatur, & ista ponitur pro
assuefactione quæ gigni dicitur exercita-
tione secundum Cic. de Orat. lib. 2. & hæc
apellatur magis proprie consuetudo pa-
14 trisfamilias quæ attendenda † est, Imol. c.
ad nostram in princ. & ibi Host. nu. 2. de
Confir. vtil vel inutil. Host. met. in c. cum
dilectus nu. 9. & seq. de consue. dicit etiam
Cic. de legibus lib 1. tantam esse corrupte-
lam malæ consuetudinis vt ab ea tanquam
igniculi extinguantur, a, natura dati exo-
riantur, & confirmentur vicia contraria,
item Horat. sermonum lib. 1. Satira tertia,
15 omnibus hoc vicium est cantoribus † inter
amicos vt nunquam inducant animum can-
tare rogati, iniussi nunquam desistant, &
Cic. pro Rub. perd. reo. non est inquit me
consuetudinis initio dicendi rationem red-
dere, qua de causa quemquam defendam,
idem de Amicit. Consuetudo Doctorũ est
vt id is ponatur, & quæ sequuntur: Non
tantum autem dicitur consuetudo quæ re-
sultat ex actibus personarum, sed etiam na-
turæ, vnde attenditur consuetudo mulie-
16 ris quo mense parere † consueta sit Bal. in
l. septimo Mense in fi. ff. de sta. hom. &
huic

huic conſuetudinis ſpeciei non conuenit conſuetudinis diffinitio quam inferius ſubijciam; quia potius dicitur aſſuefactio vt ſupra dictum eſt, licet dicatur talis eſt conſuetudo patrisfamiliàs per præallegata, & probatur in l. vel vniuerſorum ff. de pignor. actio. in l nemo. C. de Epiſc. aud. Rocch. Curt. in Rubr. de Conſuet. nn. 18. vbi etiam poni dicit pro facto plurium perſonarum, & pro iure ex vſibus reſultante vt etiam voluit Salyc. in d. l. nemo in princ.
17 & ibi quòd etiam Principum dicitur † aſſuefactio, quorum turpis illa dannandaq; videtur conſuetudo quòd propter vicia fa-
18 ciant aliquos † ſibi acceptos, & illis Nobilitates, & Dignitates impartiantur vt exclamat. Bar. in l. 1. nu. 66. C. de dignit. lib.
19 12. Vnde præfati veritate poſt poſita † quæ ſuper omnia amanda, & colenda eſt ſecundum Bal. in Tract. Sciſmat. col. 1. & in l. cum ita ff. de Condit. & demonſtr. vt Dominis dominentur inherent dicto Terent. in Andria, obſequium Amicos, Veritas odium parit, quam etiam falſam practicam tetigiſſe videtur Hieron. Cagn. in Prohem. ff. in princ. num. 29. vbi quòd qui Prin-
20 cipibus † vult gratus eſſe Placentiam non

autem

autem Veronam proficiscatur necesse est
Hanc etiam consuetudinem pro assuefactio
ne vsurpat Galen. 3. Classe lib. 1. Hippo-
crat. de morb. vulg. in comment. 3. fo-
lio mihi 117. dum dicit stridor dentium
21 † in febribus preter consuetudinem a te-
neris contractam, insaniam significat, &
22 mortem, & subijcit ibi quod si pronus † ia-
ceat is qui per bonam valetudinem sic cu-
bare non consueuit, aut delirium, aut ven-
tris dolorem portendit, alias secus: Dice-
bat etiam Galen. de dissolut. contin. cap. 1,
5. folio mihi 72. In Isagog. de dicta Con-
suetudine priuatæ personæ in illis verbis,
& ideo inuenimus homines qui digerunt
23 carnes bouinas † & non digerunt carnes
pullinas, & quæ similantur excibis leuibus,
& consuetudo in eis addit magnam partē,
24 & qui consueuit prandere † & remouetur
ab eo & est contentus coena, Magnificat
nocumentum sibi, & qui consueuit sume-
mere cibum in aliqua hora determinata, &
n utatur ad aliam preter istam horam, de-
clarabiur sibi hæc permutatio nociua, & si
mutauit cibnm ex horis malis ad ho ras,
bonas, & debet propterea imitari consue-
tudinem quæ est antiquata, & longa, & si
sit

ſit non bona quando non adducit aliquid neceſſitatis ad mutationem ſuam, iſtaq; cõſuetudo cum dicatur aſſuefactio, accidit
25 etiam † in animalibus l. naturalis §. pauonum, & §. ſeruos cum §. ſeq. ff. de Acquirerum dom. §. Pauonum, & § Apum Inſtit. de rerum diuis. Salyc. in l. 2. nu. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. Petr. de Rauen. de Conſuet. nu. 222. zaſ. in d. l. de quibus col. 3. verſ. ad primum vbi etiam Modern. Repet. nup. 50. & in auibus Columell. lib. 8. cap. 15. ibi nam ſi captas aues quæ conſueuit libero victu, cuſtodiæ tradere velis, cunctantur in ſeruitute: Tribuitur etiam
26 præfata conſuetudo morbis † vnde Cælſ. lib. 4. cap. fin. ibi, quòd ſi iam conſuetudo facta eſt eius, poteſt quidem aliquis eſſe ſecurior his temporibus quibus dolor ſe remiſit; vlterius dicta conſuetudo applicatur
27 perſonis quæ morbos ipſos † patiuntur vt dicit Galen. de off. Medic. Comment. 1. nu. 1. 6. 7. Claſſ. ibi, quare niſi mores ægri cognitos hrbeamus, facile decipiemur, accipiendo pro eodẽ mores, & conſuetudinẽ idem Galen. vbi ſupra ibi conſuetudinem in venrrem cubantium, eorumq; naturam qui per ſonnum dentibus ſtrident, vel quo

rum

rum palbebræ non commictuntur: Nanquè hæc vbi cubent, consuetudinem non naturam Medicus nouerit, ab alteroue quesierit qui eos cognoscat indicium faciũt modo bene modo male: similiter sumendo mores vt supra pro consuetudine, attribui-
28 tur aonsuetudo rei inanimatæ † vnde Virgil. Georgic. lib. 1. varium Cœli perdiscere morem, Itemq; Plin. lib. 14. cap. 1. succiq; tantam gratiam ex his pluribus modis ad Cœli mores, soliq; ingenia & de dictis quattuor supraenarratis consuetudinis speciebus loquitur licet non ita fuse Petr. de Reuenn. vbi supra nu. 126.

Quintam, & vltimam consuetudinis speciem addo ex humanioribus, licet reuera non sit præsenti opere de ea tractandum,
29 & hæc ponitur pro familiaritate † seu conuersatione vnde Cic. ad Curion. lib. 2. inquit, ego te abfuisse tam diu, a, nobis, & dolui, quod carui fructu iucundissimæ cõsuetudinis. Itemq; Terent. in Andria spero consuetudine, & coniugio deuictum Creme.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio conſuetudinis ex intentione Iſidori.*
2 *Hoſtienſis,*
3 *Io. Andreæ,*
4 *Innocentij,*
5 *Antonij,*
6 *Azonis,*
7 *Petri,*
8 *Iacobi de Aretio,*
9 *Butrigarij,*
10 *Cornei,*
11 *Auctoris.*
12 *Ius aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum,*
13 *Ius dicitur conſuetudo,*
14 *Ius commune loci in quo reperitur dicitur conſuetudo.*
15 *Ius non ſcriptum dicitur conſuetudo*
16 *Ius non ſcriptum pariter dicitur conſuetudo in ſcriptis redacta.*
17 *Opinio Dyni, & ſequacium reiecta.*
18 *Ius licet dicatur conſuetudo, tamen intelligitur poſtquam eſt inducta non autẽ antea.*
19 *Ex non actibus non inducitur conſuetudo*
20 *Temporis curſus requiritur in conſuetudinẽ,*
21 *Præſcriptio ſequitur conſuetudinem,*

22 Præ-

22 *Præscriptis supponit possessionem quæ non datur in consuetudine.*
23 *Populi consensus requiritur in consuetudine,*
24 *Rationalis esse debet consuetudo,*
25 *Populus non omnis inducit consuetudinem, sed qui legis condendæ auctoritatem habet.*
26 *Ius commune appellatur consuetudo in loco in quo viget.*
27 *Statutum tacitum Populi dicitur consuetudo,*
28 *Ciuium tacita conuentio consuetudo dicitur,*
29 *Ciuium tacitum pactum consuetudo nuncupatur.*
30 *Consensum tacitum habet consuetudo,*
31 *Legis loco seruatur consuetudo,*
32 *Legem tollit consuetudo,*
33 *Diffinitiones omues consuetudinis morderi possunt.*

QVESTIO SECVNDA.

VENIO modo ad diffinitionem consuetudinis quæ varie per Doctores datur.

Primo namq; diffinitur † secundum Isidorum in c. consuenudo. i. distinct. quod, scilicet est

ius

ius quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur cum lex deficit quam minus periculosam diffinitionem censuit Iacob. de Sancto Georg. in d. l. de quibus. nu. 22.

2 Secundo diffinitur † per Host. in summa de Consuet. scilicet, quod est vsus, rationabilis competenti tempore firmatus nullo actu contrario, vel contradictorio iudicio interruptus vel quòd non extet memoria de eius contrario.

3 Tertia reperitur † diffinitio ex Io. Andr. in d. c. fin. de cousuet. scilicet quod cõsuetudo est ius quoddam illius moribus institutum qui auctoritate publica ius condere potest.

4 Quarta fuit † diffinitio Inn. vt refert Ant. in d. c. fin. nu. 50. de consuet. scilicet quòd est ius non scriptum moribus diuturnis Populi introductum.

5 Quintam affert † Ant. vbi supra, qui ita diffinire videtur, scilicet, consuetudo est ius publicum moribus hominum rationabilibus habituatum tacito consensu habentis potestatem legis condendæ surgens immediate quod pro lege suscipitur.

6 Sextam affere videtur † Azo in summa de

de Consuet. vbi quòd consuetudo est ius moribus Po puli institutum, & non scriptum, & hanc licet minus perfectam defensare conatur Bar. in l. 2. nu. 4. C. quæ sit lon. consuet.

7 Septima fuit diffinitio † Petr. vt refert Ant. vbi supra scilicet quòd est ius nō scriptum moribus, & vsibus, Populi introductum.

8 Octaua fuit Iac. de Aret † scilicet quod consuetudo est ius moribus vel vsibus totius Populi vel maioris partis, initiatum, continuatum, & constitutum, habens legis auctoritatem, quam diffinitionem sequitur Cyn. vt refert Bar. vbi supra, Salyc. in l. 2. nu. 21. C. quæ sit lon. consuet.

9 Nonam tradidit Butrig. † referente Ant. in loco præcitato scilicet quod est ius non scriptum diuturnis moribus vtentium comprobatum, quod est adeo magnæ auctoritatis, vt non sit necesse ad scripturam redigi, vel in scriptis comprehendi.

10 Decimam ponit Corn. † in cons. 22. videtur in hac consultatione nu. 2. lib. 1. scilicet consuetudo est ius non scriptum, caussatum tacito consensu Populi habentis potestatem legis condendæ.

11 Vnde-

11 Vndecimam, & vltimam † ex iutentione mea puto (niſallor) afferri poſſe diffinitionem ſeu mauis deſcriptionē, ſcilicet quod conſuetudo eſt ius non ſcriptum reſultans ex vſibus actuum, competenti tempore in Populo ſeu eius maiori parte firmatorum, rationabiliter per legis condendæ poteſtatem habentem inducta, uim obtinens legis, & amplius in loco, probatione indigens, res communis, reſtringenda, gignēs ſimiles ſpecies licet in aliquo differentes, & ſeruanda niſi ſit ſublata. Reddendo itaq; rationem dictæ diffinitiouis, poſitum fuit ius loco generis quod poteſt predicari de
12 iure ſcripto † & non ſcripto. d. §. ex non ſcripto Inſtit. de Iu. natur. quodq; conſue-
13 tudo dicatur ius † voluit Hoſt. in c. cum Ecclesia nu 3. de reſtit. ſpol. Io. Mar Rimin. conſ. 102. aſſumendo primam difficultatem nu. 34. vbi mutat opinionem quam tenuerat nu. præcedenti, & dico de iure formi ex actibus formato vt infra, non autem de actibus, & vſibus informibus in Populo repetitis, ſicut ex vtriſq; formari conſuetudinem dixit Zas. in d. l. de quibus col. 3. verſ. adprimum, & dicitur ius com-
14 mune in loco in quo † reperitur Brun.ſtant.

15 masc. art. 5. nu. 63. dictum est † autem non
scriptum, ad differentiam iuris scripti, cũ
consuetndo dicatur ius non scriptum vt
per Bal. in d. §. ex non scripto vbi not. in
princ. Corn, cons. 248. in presenti consul-
tatione nu. 13. lib. 2. & cons. 107. in hac
consultaiione nu. 13. eo. lib. Dec in Rubr.
de Consuet. in princ. & cons. 483. pro re-
solutione litis nu. 24. Socc. iun. cons. 181.
de duobus in presenti nu. 60. lib. 2. Rol. a
vall. cons. 5. quod nobilibus nu. 9. lib. 2. &
cons. 66. quoniam veritas nu. 12. lib. eo.
quod procedit etiam si consuetudo fuerit
16 in † scriptis tedacta Ant. d. c. fin. nu. 15. Pre-
pos. d. c. consuetudo §. cum itaq; in princ.
1. distinct. Bar. Bal. Imol. & Alex. in l. 2,
ff. de Vulg. & pupill. Iacob. de Sãto Georg.
in l. insulæ Italiæ nu. 7. ff. de Iudic. vbi
quod Burgundi fecerunt in scriptis redigi
quasdam laudabiles consuetudines, & ta-
men adhuc consuetndines appellantur,
quemadmodum consuetudines feudales,
ex quo allegantes eas, dicuntur in vsibus
17 feudorum, quicquid † in contrarium sense-
rint Dyn. relatus per Bar. vbi supra, & sa-
lyc. iu l. si testamento. q. 1. C. de Impub.
Ias. in d. l. 2. nu. 10. Rip. nu. 15. Rocch.
Curr.

Curt. in Rubr. de Consuet. nu. 7. qui censet hanc veriorem in stricta disputatione licet in contrarium reuera affirmet communem opinionem, item dixi actuum, quia consuetudo postq; est inducta licet dicatur
18 † ius vt supra, antequam tamen inducatur dicitur esse facti, & sic actus requiruntur Bal. d. l. de quibus nu. 20. Alciat. resp. 3. ex delicto nu. 2. l.b. 7, & resp. 38. Marchio Ioannes nu. 2. lib. 3. & resp. 2. licet sciam nu. 27. lib. eo. & clarius hoc firmat Gemin. in d. c. consuetudo nu. 5. 1. distinct. dum dicit quod consuetudo prout est in fieri est facti, sed in quantum est in esse deducta est iuris, Dixi secunda ratione actuum, quia
19 ex non actibus † non inducitur consuetudo vt infra late dicetur, Apposui competenti tempore quia non idem met tempus requiritur in quauis consuetndine sed diuersum vt declarabo inferius, & tamen temporis
20 cursus † in omni consuetudine requiritur, Carol. Ruyn. cons. 122. circa dubia nu. 2. lib. 5. & infra latissime disseritur, sub isto autem tempore comprehenditur etiam præ-
21 scriptio † quæ sequitur consuetudinem secundum Ias. in d. l. de quibus nu. 49. licet expresse hoc apponere non placuerit cum

impropria sit loquutio, ex quo præscriptio
de sui natura requirit ac supponit possessio-
22 nem † quæ non datur in consuetudine Bal.
in repet l. 1. nu. 12. C. de Emancip. li-
ber. & in l. 1.nu. 19. C. de seruit. & aqua,
item apposui in Populo seu eius maiori par-
23 te firmato tũ quia illius cõsensus requiritur
vt dicetur infra, item dixi, rationabiliter
24 quia cõsuetudo debet esse rationabilis † sui
natura, inspecta communi regula vt dice-
tur, dixi per legis condendæ potestatem ha
bentem inducta quia non omnis Populus
25 † potest inducere consuetudinem, sed is dũ-
taxat qui ius condere potest vt declarabi-
tur suo loco, Item dixi obtinens vim legis
26 quia in loco vbi uiget † appellatur ius com
mune, Alex. in l. post dotem num. 27. vbi
etiam Ias. nu. 100. ff. sol. matr. Doct. in c.
licet causam, nu. 29. de probat. imo dicitur
27 statutum † tacitum Populi Rol. d. cons. 3.
nu. 42. lib. 2. & aliàs nuncupatur tacita
24 quædam † Ciuium conuentio Ludo. Rom.
cons. 516. in casu propositæ nu. 5. Imo ta-
29 citum pactum Ciuium socc. iun. cons. 101.
in spectis puncto, & scripturis nu. 17. lib.
30 2. tacitum enim † consensum consuetudo
habere dicitur idem Socc. iun. cons. 181.
de duo-

de duobus in preſenti nu. 60. lib. 2. & illam
31 pro lege expreſſe † ſeruari debere voluit Hier. Grat. reſp. 135. Magnifice Iudex nu. 10. lib. 2. Iac. de Aret. in tract. de Bannit. nu. 46. Dixi amplius quia conſuetudinis uis vltra alias infra enarrandas, eſt tollere
32 † legem, & illi etiam derogare Grat. reſp. 12. contra quamplures nu. 57. & reſp. 91. caſus talis eſt nu. 45, lib. 1. Dixi in loco quia extra locum conſuetudinis regulariter extendi non ſolet vt infra, ſed quid ediſſero in differentijs vlterius, cum in ſingulis ſuas queſtiones ſeriatim appoſuerim, non cōtentus equidem vt ſupra feci illas ſimpliciter tangere ſed plene ac diſtincte vt earum perplexitas exigit, & tenues mei ingenioli vires ſufferunt, ſat eſt in caſu preſentis indagationis circa diffinitionem præfatum attuliſſe genus, & differentias: ſed ta-
33 men quia diffinitiones omnes † conſuetudinis poſſunt morderi, ſecundum Modern. Repet. in d. l. de quibus num. 46. idcirco his qui meliorem attulerint me ipſum ſubijcio.

SVMMARIVM.

1 *Actuum frequentia in consuetudine requiritur.*

2 *Actut voluntarij non coacti in consuetudine requiruntur.*

3 *Violentum principium quando habuit consuetudo non valet.*

4 *Principi vina, & ordea viliori precioq; alijs de vendendo non valet consuetudo,*

5 *Principis consuetudo contra ius gentium introducta vt per uim, & metum non valet.*

6 *Initium voluntarium non habens consuetudo non valet.*

7 *Tyrannicum licet sit dominium, valet adhuc consuetudo si Populus propria voluntate vtatur.*

8 *Imperatoris nomen non apponendi in instrumentis consuetudo non probatur per testes ex eo quod dicant Notarios plures consueuisse publicare instrumenta sine nomine Imperatoris nisi deponant de actuum frequentia,*

9 *Scientia, & patientia Populi sufficit quod resultet ab vno.*

10 *Actus duo in iudicialibus inducunt consuetudinem.*

11 *Sen-*

27 *Actus iudiciales in iudicialibus, extra iudiciales in extraiudicialibus attenduntur,*

28 *Actus duo delinquendi inducunt consuetudinem,*

29 *Furari consuetus dicitur qui duo furta cõmisit, vnde pro tertio furto suspendi meretur.*

30 *Actus vnicus delinquendi non inducit contudinem.*

31 *furtum committens in quinque solidis furca de iure suspendi potest, sed de consuetudine lex illa non seruatur.*

32 *furtum committens vnica vice in pluribus rebus non per hoc dicitur consuetus.*

33 *furtum committens etiam interpositis horis adhuc non dicitur consuetus quiá requiritur temporis interuallum.*

34 *Actus quot requirantur in consuetudine Iudicis arbitrio tribuitur.*

35 *Actus non sunt considerabiles quando causa est de modico, & inter duos ribaldos, secus si inter duos Magnates quia hæc a Populo ponderantur, illa autem non.*

36 *Actus vnicus successiuus inducit consuetudinem sed contra nu. 39.*

37 *Beneficium de consuetudine regulare, ex vnica collatione facta alicui Clerico seculari*

quæ

quæ successiue duret per 40. andos desinit esse regulare, & sic tollitur prima consuetudo.

38 *Infeudandi consuetudo inducitur vnico actu concurrente spacio 40 annorum.*

40 *Pontem supra solum publicum fabricandi cõsuetudo vnico actu non inducitur.*

41 *Actus meræ facultatis non inducunt consuetudinem limitatur nu. 46.*
Item limitatur nu. 56.
Item limitatur nu. 57.

42 *Furnum, seu molendinum alicuius frequentans per annos 40. non dicitur contra se inducere consuetudiuem.*

43 *Amicum nostrum a longe venientem licet rẽcipiamus non acquiritur illi quasi possessio lices pluries fuerit receptus.*
Item nec si pranderet aut hospitaretur in domo nostra nu. 44.

45 *Caponum par si rusticus per decennium detulerit non dicitur inducta consuetudo vt in posterum astringatur.*

47 *Cereus Solet dari in exequiis mortuorum.*

48 *Panis dari consueuit in benedictionibus nubentium.*

49 *Manutergium dari solet in ordinationibus Clericorum.*

50 *Parochiani cogi possunt ad dandum Presbitero, secundum quod est consuetum.*

51 *Statutum reuocare potest prestari solitum Ecclesiæ Contraria tamen opinio magis vera, & communis nu. 52.*

53 *Statuto potentior est consuetudo.*

54 *Clerici statuere non possunt contra Canones, & tamen possunt consuetudinem inducere.*

55 *Statutum fauens non subditis vt est Clericus dicitur transire in priuilegium, & contractum ita vt reuocari non possit.*

58 *Ligna emere volentes quod teneantur venire ad nemus meum consuetuine induci potest.*

59 *Aquam ad hauriendam si venirent vicini, domino Putei non nocent.*

Limitatur sequuta contradictione nu. 60.

61 *Contradictio facta extra iudicialiter valet etiam si ei fuisset obtemperatum pro bono pacis.*

62 *Domum suam si quis per mille annos non eleuauerit ex hoc non inducitur consuetudo, nisi dum vellet eleuare fuisset probibitus per vicinum, & acquieuisset probibitioni quia ab eo tempore incipit induci præscriptio seu consuetudo.*

63 *Canonici si optare velint obstat contradictio quando*

quando ei acquiescunt, & ab eo tempore inductur consuetudo.

64 *Actus varij, & difformes non sunt apti ad inducendam consuetudinem,*

65 *Parochianagium difformiter solutum non facit induci consuetndinem.*

66 *Rusticus quandoq; portans gallinam, quandoque spallam porcinam non facit sibi preiudicium, & ex huiusmodi varietate certa prestatio seu oblatio præsumi non potest, sed en sennium.*

67 *Actus debent esse facti in vim consuetudinis.*

68 *Foeminas fuisse exclusas a, masculis alias, & hoc probare, non sufficit vt consuetudo inducta dicatur nisi probetur quod fuerunt exclusæ ex causa illius consuetudinis quia potuerunt excludi ex alia causa quam consuetudinis. puta propter testament a quibus masculi sint prædilecti.*

69 *Actus ad inducendam consuetudinem apti, non debent esse ex his quæ iure speciali fiunt.*

70 *Actus in consuetudine, vsitati esse debent publice, & presentibus & scientibus multis & infinitis personis adeo quod possit comprehendi interesse tacitum consensum Populi, seu eius maioris partis.*

71 Dissen-

71 *Dissensus si appareat impedit consuetudinem induci.*

72 *Non actus non inducunt consuetudinem,*

73 *Non vsus legis vel statuti non inducit consuetudinem.*

74 *Priuilegium habens eoq; non utens per decem annos dicitur cecidisse ab eo, si habuit facultatem vtendi, & non fuit vsus. Limitatur nu. 77.*

75 *Nundinarum priuilegium habens, & eo per decem annos non vtens illud perdit.*

77 *Studij generalis priuilegio per decennium non vtens illud amictit.*

78 *Canonici non vtendo facultate testandi data eis eam non perdunt vllo temporis spacio.*

29 *Hermafroditus si a mille annis natus non est, & sic homines nō sunt vsi lege de eo iudicando loquente ex hoc non est illi legi derogatū.*

80 *Represaliæ obtemptæ per Ianuenses contra florentinos quibus pluribus annis Ianuenses non fuerunt vsi, quia nullus florentinus transiuit per eorum teritorium per hoc non est præscriptum contra dictam concessionem represaliarum.*

81 *Seruitute mihi debita ducendi aquam ex fundo alieno si ideo non vtor quia fons exaruit mihi non preiudicat.*

82 Non

82 *Non actus siue non vsus quando inducant consuetudinem.*

83 *Actio legis Aquiliæ pro danno dato non ideo minus debetur, & competit quia dannum passus non egit.*

84 *Domum ruinosam si vicinus habeat, agi potest contra eum de danno infecto ad cauendum esto quod a, centum annis, & citra non fuerit cautio ista petita.*

85 *Tõsurã deferre tenetur Clericuscõiugatus nisi ad sit contraria cõsuetudo quæ iuri deroget.*

86 *Hereditas patris equaliter inter filios diuidi debet, sed si secus sit seruatum quia hereditas sit assignata Primogenito ex non vsu legis dicitur inducta consuetudo.*

87 *Collectas non soluendi consuetudo ex actibus negatiuis inducitur.*

88 *Actus negatiui inducunt consuetudinem.*

QVESTIO TERTIA.

PRosequendo itaq; singula supra relata vltimo loco diffinitionis verba illius defferentias concernentia primo loco sese offerunt actus, quorum, frequentia † in
1 consuetudine inducenda requiritur Bar. d. l. de quibus num. 3. Pal. num. 37. Ang. nu. 19. Modern. Repet. nu. 53. ff. de leg. Bal.

Bal. l. 1. nu. 2. C. quæ sit lon. consuet. Corn. cons. 293. contra supradictam consultationem nu. 7. vers. circa quam probationem lib. 1. Afflict. decis. 321. in Regia Camera nu. 17. & decis 388. Venerabile Monasterium sub nu. 7. vers. item quia, Pedem decis. 99. Reuerendus Rector nu. 45. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 1. casu. 81. in princ.

Aduertendum tamen est quod præfati a-
2 ctus debent esse voluntatis † non autem coacti Purpur. cons. 205. in hac causa nu. 14. lib. 1. Vnde quando habuit principium
3 violentum † non valet, Modern. Repet. in d. l. de quibus nu. 81. Natt. cons. 554. quod serenissimus nu. 31. lib. 3. vbi quod consuetudo vendendi vina, & ordea Principi
4 † viliori precio quàm alijs non valet tamq; violenta, & maxime quando est tam potẽs quod Populus non potest ei contradicere, nisi nasceretur ex libero ciuium consensu, idem Natt. cons. 102. in casu proposito nu. 12. lib. 1. & cons. 418. quod Princeps nu. 13. lib. 2. Consuetudo etiam inducta con-
5 tra ius gentium, a Principe † introducta præsumitur per vim, metumq; vnde non valet Alciat. resp. 19. queritur in presenti

nu.

nu. 16. lib. 5. Aym. cons. 896. in dubijs autem motis nu. 12. lib. 5. & quando etiam
6 consuetudo non habuit † initium voluntarium, nulla est Card. Paris. cons. 27. in presenti consultatione nu. 41. lib 1. secus tamen est si Populus propria voluntate vtatur
7 quia valet licet dominium † sit tirannicum Petr de Rauen. de Consuet. nu. 37.

In tantum autem requiritur frequentia vt consuetudo non apponendi nomen Impe-
8 ratoris in instrumentis non probetur ex eo quod per testes dicatur Notarios consueuisse publicare instrumenta sine nomine Imperatoris nisi deponant de actuum frequentia Aym. cons. 134. scripsi aliàs sub nu. 7. vers. quia requiritur, & hæc quidem suffi-
9 cit quod resulet ab vno † interueniẽte scientia, & patientia Populi Nutt. cons. 431. circa ea nu. 14. lib. 2. In iudicialibus. enim ex
10 duobus † actibus inducitur Host. c. ex parte nu 16. de Consuet. Prepos. in c. mos est sub nu. 5. vers. item quia. 1. distinct. Bart. & Bal. in d l. de quibus, qui exẽplificant q̃n
11 bis fuit iudicatũ † induci Zas. in tit. de legi. ad fi. Card. Paris. cons. 31. circa presentem difficultatem nu. 44. lib. 4. Carol. Ruyn. cons. 154. in casu de quo queritur num. 9. lib.

lib. 3. Franc. Viui communium opi. lib. 2. opi. 75. inuer. consuetudo vt inducatur, soarez in Thes. recept. senten. uers. Consuetudo nu. 278. quia alias esset contra significationem vocabuli consuetudo quasi cō-
12 munis † assuetudo, Iofred. cons. 36. Magnificus quidam nu. 4. Purpur. cons 415. Communitas Cunei. nu 9. lib. 2. Alciat. resp. 104. in presenti casu nu. 3. lib. 8. Rocch. Curt de consuet. in Rubr. nu. 17 Præfata autem procedunt etiam si sententiæ sint nullæ de facto, tamen sint obseruatæ, vnde valet consuetudo quod sententia fera
13 tur † stando, sine scriptis vel quod per alium pronuncietur, & recipiatur, & sic a principio actus fuerunt nulli, vnde etiam per sen-
14 tentias nullas † inducitur consuetudo secundum receptiorem Doct. sententiam de qua per Petr. de Rauen. de Consuet. num. 115. Natt. cons. 309. Clarum est secundū ius nu. 7. lib. 2 Modern. Repet. in d. l. de quibua nu. 77. qui etiam nu. 80. limitant
15 non procedere in sententijs † nullis ex defectu iurisditionis: Ratio autem prædictorum est, quia licet primo non obedientes
16 peccent † tamen inducitur consuetudo post decennium de iure Ciuili, & post. 40. an-

nos

nos de iure Canonico, intelligendo in caſi-
bus diſtinctis in proxima ſequenti. q, & vo
luit Imol. in c.1.nu.13. de trig. & pac. qui
17 namq; facit contra legem † licet mereatur
pœnam, tamen qui facit animo inducendi
conſuetudinē, dicitur facere auctoritate iu
ris ideo pœnam nō meretur. l. Gracchus de
Adult idem Imol. d. c. fin. ſub nu. 44. verſ.
& per præfata de Conſuet. Dicit tamen
ſum. Siueſtr. in ver. Conſuetudo nu. 12.
18 in fi. quod ſi peccarunt non ſeruantes † a
principio, nō dicuntur peccaſſe ſucceſſores,
licet peccaſſe nec illi dicuntur quando ra-
tionabiliter moti ſunt, idem dicendum eſt,
19 quod quando habuit † principium licitum
debet obſeruari licet ſuperuenerit ſimoniæ
timor Alciat reſp. 193. quamplurimis allega
tionibus nu 5. lib. 9. vbi infert ad conſuetu
dinem quod laici habeant decimas, quia
20 licet fuerit introducta, ideo † non cenſetur
poſtea ſublata per Concilium lateranenſe.
21 Ampliatur in ſententijs arbitrorū † cum
arbitria ad inſtar iudiciorum ſint redacta
Petr. de Rauen. de Conſuet. nu. 116. Mo-
dern. Repet in d. l. de quibus nu. 76. Eue
rard. in Centur. in loco a Iudicijs ad Arbi-
bitria nu. 13. & ibi extendit in ſententijs

22 † arbitratorum sequitur etiam Catell. Cot. in memor. in ver consuetudo non confirmatur.

23 Contrarium † quod imo consuetudo non inducatur ex sententijs arbitrorum tenuerunt Io Andr. & Inn. in c. Abbate de Verb. sing. Bal. c. 1. de feu. cogen. in vsibus feud. Roman sing. 42. an sicut Cremen. sing. 101. tu scis vbi quod etiam ex mille senten-
24 tijs † arbitrorum non inducitur consuetudo, etiam quod in contradictorio iudicio fuerint obtemptæ Henr. Boich. in d. c. Abbate nu. 5.

Ad concordiam reducuntur supradictæ opiniones vt dicit Euerar. in loco præcitato ex intentione Alberici, scilicet quod aut sententiæ arbitrorum non possunt mandari exequutioni, sed eis metu poenæ paretur, & tunc per tales sententias non inducitur consuetudo, & sic procedat secunda opinio supra relata, ex quo enim non ligantur litigantes, multominus ligabuntur alij taciti, aut verò sunt sententiæ quæ exequutioni demandari possunt vt sentenriæ Arbitrorū sine poena electorum, & tunc sequuta emologatione inducitur consuetudo per plures tamen actus quam inducatnr ex sententijs

Iudi-

Iudicum, ex quo Iudices ſunt perſone publicœ & illorum actus facilius poſſunt Populo innoteſcere quam ſententiæ Arbitrorum.

25 Similiq; modo induci poterit † cõſuetudo in extra iudicialibus ex duobus actibus dũmodo ttanſiuerint in notitiam Populi vel eius maioris partis Imol. d.c.fin. nu. 22. Io. Bapt. ferret. conſ. 112. Dominus Carolus nu.2.lib.1 & conſ.309. in caſu tituli nu.3. lib.2.& ita communiter practicari teſtatur Aret. in d.§.ex non ſcripto nu. 13.Inſtit. de iu. natural. vbi allegat gloſ. Cyn. Bar. Bul.

26 & Ang. Vnico enim actu † conſuetudo non inducitur Hypp. Rimin. conſ. 24. Illuſtriſ. Comeſ.nu.13. In conſuetudine nanq; con-

27 cernente iudicialia actus iudiciales † attenduntur, in extraiudicialibus actus extraiudiciales Salyc. in l.1.nu.14.C;quæ ſit lon. conſuet.

Ampliatur procedere etiam in maleficijs,

28 quibus ex duobus actibus conſuetudo † delinquendi inducitur, vt poſt Archid. voluit Abb. in c. Monaſteria nu. 6. de vit. & honeſt. Cler. Bal. in Rubr. de conſuet.nu.13. Modern. Repet. in d.l.de quibus nu. 48.& ſecũdũ Prepoſ. in c.moſ. eſt ſub nu. 5. verſ.

29 & hoc nota, 1. distinct. consuetus † furari dicitur qui duo furta cõmisit ita quod pro tertio furto poterit furca suspendi Gig. cõs. 129. qnod scire cupias nu. 10. quodq; ex
30 vnico actu † delinquendi non inducatur cõsuetudo voluit Paseth. cons. 73. pro solutione dubiorum nu 16. merito tex. in c. fin. de pace tenen. in vsibus feudorum, & sim. alios positus in Auth. collat. 10. disponens
31 quod si quis furatus est ualorẽ † quinq; solidorum furca suspendatur, de consuetudine non seruatur Ang. in l. quod si nolit. §. qui assidua in fi. ff. de edil. edi.
32 Subampliatur quod etiam si quis vnica † ui ce plures res subtraxerit non dicatur induci consuetudo Ang. in Auth. sed nouo iure nu. 5. C. de ser. fugit. vbi amplius subdit, idem si interpositis horis quis iuit ad acer-
33 uum † frumenti quod distraxit in sacculis ut melius posset portare inter plures vices, vel aperto dolio vini in pluribus lagenis ipsum distraxit, & repetitis vicibus portauit, vnde inter actũ, & actũ vt dicatur quid cõsuetũ requiritur aliquod interuallũ Ang. d. l. de quibus nu 20. Hoc etiã absq; difficultate procedit in ista cõsuetudine quę dicitur par ticularis psonę secus incõsuetudine proprio modo

modo sũpta quæ reſpicit plures, quia dãtur caſus vt non inducatur ex duobus actibus, ſed requirũtur plures,& cum ſuper hoc certa doctrina dari non poſſit, potiſſime quia debet haberi conſideratio actuum, & qualitatis perſonarum, a quibus emanarunt,
34 relinquitur † arbitrio Iudicis quot, & quales actus requirantur, quemadmodum dicitur quando actus non eſſent ita notorij qui veriſimiliter tranſire potuerint in noticiam Populi quia tunc requiritur tertius, & vlterior actus Abb. c. cum Ecleſia ſutrina nu. 41. de caus. poſſeſſ. & propriet. & poſt Bar. Bal. & Salyc. reſpõdit Corn.conſ.179. ex puncto præmiſſo ſub num. 3. verſ. nam quandoq; lib.3. Viui d.opi 75.Menoch.de Arb. iud. lib. 2. cent.1.caſu. 81. num. 4. & potiſſime Iudex regulabit eius arbitrium quando in conſuetudine iudicet interueniſſe tot actus qui potuerint venire in noticiam Populi ſeu eius maioris partis idem Corn. conſ. 247. Conſultus alias ſub. nu.7. uerſ. nam debet interuenire lib. 4. & quod hoc ſit arbitrarum Iudici vltra præalleg. ita voluit Turr. Crem. in d. c. mos eſt ſub nu. 5. uerſ.ad tertium. 1. diſtinct. Ant. d. c. fin. nu. 21. vbi etiam Imol. num 25. & ita

etiam tenuisse Martin. Sillim. Host. & Ar-
chid. refert & adheret Salyc. in l. 1. nu. 13.
C. quæ sit lon. consuet. Rocch. d. c. fin.
nu. 367.

Actus autem non omnes sufficiunt ad in-
ducendam consuetudinem, non enim con-
sideratur consuetudo quando causa esset de
35 modico † & inter duos ribaldos in qua esset
aliquid etiam preter ius obtemptum, tunc
nanq; ex pluribus huiusmodi actibus non
induceretur consuetudo quia talia non pon
derãtur a Populo, secus si inter duos Magna
tes, & de magna quantitate quia talia pon-
derat Populus, Aret. vbi supra nu. 23. Roc
ch. d. c. fin. nu. 583. Limitatur supradicta
conclusio non procedere in actibus succes-
siuis quia tunc induceretur consuetudo ex
36 vnico † actu secundum Abb. d. c. fin. nu.
17. Rom. cons. 368. presens consultatio nu.
6. Socc. sen. in l. 1. nu. 13. ff. si cert. pet.
Corn. cons. 90. Viso processu nu. 7. lib. 2.
Rip. d. resp. 1. nu. 6. de Consuet. Barth.
Cassen. cons. 10. viso processu nu. 8. Viui.
d. op. 75. vbi solum Rocchum allegat, idem
Petr. de Rauen. de consuet. nu. 136. Exem-
plum ponunt Doct. in supra citatis locis ma
xime Rocch. in d. c. fin. nu. 420. in benefi-

cio

37 cio † de cõſuetudine regulari, & cõſueto religioſis conferri quod ex vnica collatione facta alicui Clerico ſeculari quæ ſucceſſiue duret per annos quadraginta tollitur illa conſuetudo, & ſic illud beneficium non dicitur
38 amplius regulare idem in conſuetudine † infeudandi quæ induci dicitur unico actu cõcurrente ſpacio dictorum annorũ 40. Aym. conſ. 545. Nobilis franciſcus ſub nu. 4. verſ. ſimili modo lib. 3. & conſ. 491. contractus de quo agitur nu. 12. lib. 3. & conſ. 861. furnum a Municipe nu. 3. lib. 5. Burſat poſt Andr. de Iſer. conſ. 160. ex documento nu. 80. lib. 2.

39 Contrarium tenuerunt † Turr. Crem. in d. c. mos eſt nu. 5. Bal. in d. l. de quibus nu. 38. vbi licet arguat ad vtranq; partem in hanc demum vti veriorem inclinat, ſequitur Iaſ. ibi nu. 51 verſ. & non ſufficeret Alex. l. in prouinciali §. ſi quis ipſi Prætori nu. 20. ff. de no. op. nunc. ſiluan. d. conſ. 61. num. 17. Menoch. d. caſu. 81. ſub nu. 2. verſ. hinc receptum eſt Iac. Rimin. conſ. 554. in cauſa illorum nu. 8. lib. 3.

Exemplificant doct præfati in conſuetudine fabricandi Pontem ſupra ſolum publi
40 cũ, & quod ſolum operabitur quoad illũ ut

non teneatur dominus eum demoliri facere, non autem vt alij construi possint ita idē Siluan.vbi supra in vers.nec obstat quod exactu solo, & subdit in vers. ex hoc igitur quod fortasse Populus prima vice non contradixit quia voluit gratificari alicui magno viro, cuius uoto noluit Populus contradicere, vel causa vitandi scandalum, aut alia de causa, & ante eum idem sensit Imol. in d. c. fin. sub nu.25.vers.an autem,vbi quod licet potuerit deuenire ad totius Populi no ticiam non proficit quia forte ex gratia illud voluit tolerare, & ibi testatur de communi vnde ex vnico actu non constat de mente Populi Illud tamen aduertendum est quod non omnes actus sunt habiles ad inducendum cunsuetudinem, si enim essent
41 † voluntarij non induceretur consuetudo, ex actibus enim meræ facultatis non inducitur Rocch. d. c fin.nu. 366. Calder. cons. 3.an ualeat consuetudo nu. 3. de Consuet. Cassen. cons. 4. cum constet nu. 6. PanciroI.cons.128. in Eclesia Plebis nu.21.lib.1. Dec. cons. 437. queritur breuiter ad fin. Rol. a vall. cons. 22. quod magnificus nu. 20. lib. 2. & cons. 53. quod legitime nu. 38. lib. co. Afflict. decis. 388. Venerabile

Mona-

Monaſterium nu. 4. Pedem. deciſ. 99. Reuerendus Rector nn. 43. Abb. in c. Abbate nn. 10. de Verb. ſing. iu c. ad noſtram de confir. vtil. vel inutil. in c. cum ſit generale nu. 15. de for. comp. in c. ex parte nu 7. de Conceſſ. preb. vbi exemplificat in eun
42 te ad furnum † & molendinū alicuius p annos 40. quod per hoc non eſt inducta conſuetudo idem Abb. in c. quoniam nu. 8. de vit. & honeſt. Cler. inquit etiam Cyn. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. quod licet quis per decennium continuauerit ire ad molendinum alicuius non per hoc inducitur conſuetudo aliqua ut in futurum aſtringatur ire, & continuare cum ſint actus meræ facultatis, quinimo fortius nec etiam ſi per mille annos, etiam qnod quis receptus fuiſſet pro certo lucro ad meum molendinū Ant. d. c. fin. nu. 28. Iacob. de Sancto Georg: in l. inſulæ Italiæ in princ. ff. de Iudic.

Infertur etiam ex prædictis quod licet re-
43 cipiamus Amicum noſtrum a longe † ve niē tem non acquiritur illi quaſi poſſeſſio licet pluries receptus fuerit nec conſuetudo inducitur Inn. in c. bonæ 2. de poſtul. Prel. Gemin. c. conſuetudo ſub nu. 8. verſ. & dicitur in dubio l. diſtinct. vbi quod ſi aliquis

Amicus

44 Amicus pranderet † aut hospitaretur in domo alicuius non presumeretur quod iste patiatur, vel ut vtens vtatur vti iure suo, sed potius vt id faciat ex quadam Curialitate propter vsum talis actus, Qui autem inducunt consuetudinem debent esse actus tales vt verisimiliter præsumatur vtentem vti pro iure suo, & patentem pati illum vti pariter vt pro iure suo aliàs tales actus non fnfficiunt ad consuetudinem inducendam.

45 Infertur etiam quod si rusticus † per decennium detulerit alicui vnum par caponum sponte ex liberalitate non est inducta consuetudo vt in posterum inuitus astringatur Bar. in l.cum de in rem verso ff.de Vsur. Corn. cons.296.circa primum consultationis col.1.vers. insuper attento lib.4,

46 Limitatur † fauore Eclesiæ Abb. in c. ad Apostolicam sub nu. 4. de Simon. & ibi loquitur de consuetudine quod in exequijs
47 † mortuorum detnr Cereus, in benedictio-
48 nibus nubentium † panis, in ordinationi-
49 bus Clericorum manutergium † facit etiam ad hoc quod voluit. Pedem. d. decis. 99. num. 44. vbi quod parochiani cogi pos-
50 sunt ad soluendum Presbitero † quod dare consueuerant, & ibi in hanc sententiam

refert

refert felin.socc.Curt.iun.& Paul. de Eleaz.
51 Sublimitatur nisi cõtrario statuto † reuocaretur, Salyc. in Auth. Cassa. q. 5. C. de sacrosf Eclesf. Bal. in l. si quis Curialis. C. eo. Cyn. Imol. & Alex. in l. non amplius ff. de leg. 1. & hanc esse comunem Doct. sententiam testatur Dec. in c. Eclesia Santæ Mariæ nu. 233. de Constit. Paul. in l. Priuilegia. C. de Sacrosf.Eclesf.Pign.ad Roman. sin. 438. pone quod Populus.
52 Contrarium tenuerunt † Domin. in c. 1. de Constit. Bar.in d. l. priuilegia, Iasf. post Roman.& Aret.in d.l.nõ amplius vbi hanc opinionem dicit tenendam esse in iudicando, & consulendo tanquam fauentem piæ causæ felin. in c.ad Apostolicã de Simon. vbi dicit Bartolum melius loqui, Socc. sen. consf. 241. circa primam difficultatem col. 3. lib. 2. & inibi ad hoc citat Inn. & Anch. vbi quod consuetudo de dando, aliquid Eclesiæ non potest contrario statuto reuocari, imo quod officio Iudicis possunt cogi ad continuandum consuetudinem hactenus seruatam etiam Clericorum ne dum Eclesiæ voluit Alex. consf. 123. circa primum dubium col. 1. versf. quoniam consuetudo hactenus lib. 5. & ita fuisse consultum

per

per Collegium Paduanum testatur Ant. Franc. ad Alex. in d. l. non amplius.

Aduertendum tamen est quod Paul. & se qua ces extra propositum videntur allegasse (in fallor) Bar. in loco præcitato cũ questio per ipsos formata sit in statuto, Bar. autem loquatur in consuetudine, & licet hæc non videantur differre nisi tanquam tacitum & expressum, tamen adhuc consuetu-
53 do est potentior statuto † Clerici n. non possunt statuere coutra canones, & tamen
54 inducere possunt † consuetudinem Dec. c. quæ in Eclesiarum nu. 42. de Constit. Nihilominus etiam statutum fauens non subdi-
55 to vt est Clericus † dicitur transire in priuilegium, & contractum ita vt non possit reuocari Inn. c nouit sub nu. 6. vers. vel melius de Iudic. & ibi etiam Abb. nu. 25. felin. nu 9. Dec. nu. 86. & ibi afferuntur plures limitationes Roman. cons. 252. pro decisione nu. 2. Paul. Castr cons 290. visa supra scripta facti narratione nu. 3. lib. 2. Alex. cons 209. statutis accurate perspectis sub nu. 14. vers. & secundum Paulum lib. 2. Andr. Barbac. inter consilia Alex. cons. vltimo, & quidem uiso sub nu. 20. uers. & ideo dicit Inn. lib. 4. lap. alleg. 100. in questio-

ne

ne propoſita ſub nu. 8. uerſ. pro hoc induco not. Afflict. deciſ. 361. Monaſterium ſantæ Mariæ nu. 10. & ibi in verſ. nam ad-
56 hoc ponit vnam limitationem † quam vide & erit prima limitatio. Limitatur ſecundo
57 † niſi te recuſante iuſſerit facere actum alias facultatis: ſi namq; obtemperas inducitur conſuetudo ita in eunte ad molendinum exemplificat Abb. in d. c Abbate num. 10. Bal. in §. omne autem ius nu. 23. Inſttt. de de In. natural Iaſ. in l. quo minus nu. 51. in repet de flumin. Natt. conſ. 106. in caſu propoſito nu. 8.& ſeq.lib.1. vbi quod tunc gerit actum meræ ſeruitutis non autem facultatis alias.n.non induceretur Modern. Repet. in d.l. de quibus nu. 59. & nu. 61. vbi in conſuetudine quod volentes emere
58 ligna † teneantur venite ad nemus meum quod valet ſi illi contra quos fuit inducta conſuetudo ſint prohibiti, & acquieuerint, item nu. 63. afferunt etiam aliud exemplū vt conſuetudo non inducatur contra domi
59 num putei ſi vicini † venirent ad hauriendum aquam aut ſi quotannis daretur prandium Amicis, quia licet hoc dicatur factū ex urbanitate, & iure familiaritatis, & ſic non ſit inducta conſuetudo, tamen ſecus

eſt ſi

60 est si sequatur contradictio † & cum cōtra
dicit omictatur Neuiz. cons. 43. vtar breui-
tate nu. 10. Rol. a ualle cons. 22. quod Ma-
gnificus nu. 23. lib. 2. vbi loquitur in eo
qui fuisset astrictus ad coquendum panem
ad furnum, & molendum ad molendinū
quod censetur acquisitum ius in futurum
vt possit prohiberi ne ad alium locum acce-
61 dat, & ibi nu. 24. extendit etiam † si con-
tradictio fuisset facta extraiudicialiter, &
etiam si ei fuisset obtemperatum pro bono
pacis franc. Rip. in c. cum Eclesia sutrina
sub nu. 50. vers. in iuribus negatiuis de caus.
possess. & propriet. Alex. de Neuo cons. 86.
Reuerendissimus D. Patriarca nu. 6. vbi po-
nit exemplū in eo qui habet facultatem ele
uandi domū suam etiam si per mille annos
62 † non eleuauerit non dicitur induci consue-
tudo, & tamen si dum vellet eleuare fuit
prohibitus p vicinū, & acquieuerit prohibi
tioni, ab eo tempore incipit induci consue-
tudo seu potius praescriptio, & idem in Ca-
63 nonicis† optare volentibus quibus si sit con
nisi

niſi tanquam tacitum, & expreſſum.

33 *Actus binus ſaltem requiritur in conſuetudine.*

34 *Error facti vitiat conſuetudinem.*

35 *Vſus minoris partis hominum præiudicat minori contradicenti.*

36 *Contradictio eorum non requiritur, quæ nullum poteſt producare effectum.*

37 *Limitatur,*

38 *Actus per errorem inchoati an valeant ad conſuetudinem inducendam.*

39 *Errans non conſentit.*

40 *Errentis nulla eſt voluntas,*

41 *Mores & vſus hominum inducunt conſuetunem,*

42 *Conſuetudo dicitur quaſi in communi omniū vſu ſeu communis aſſuetudo,*

43 *Mores ponuntur pro frequentibus hominum actibus.*

44 *Actus permiſſi eſſe poſſunt ex gratia, & tolerantia,*

45 *Exemplis non eſt iudicandum ſed legibus.*

46 *Rationes duæ vbi ſunt finales una ceſſantere manet diſpoſitio,*

47 *Intellectus Gemin. ad C. Abbate de Verb, ſign.*

48 *Intellectus ad l.cum de cōſuetudine ff. de legi.*

Po-

50 *Populi seu eius partis maioris consensus elicitur quando saltem bis fuit sententiatum per Iudicem,*

51 *Scientia, & patientia superioris in consuetudine probanda non est potissime in immemorabili nu. 53.*

52 *Error Inn. & sequacium sed saluantur nu. 54.*

55 *Consensus tacitus Papæ requiritur in consuetudine inducenda in sacramentalibus.*

56 *Scientia Principis requiritur in consuetudine, quæ circa solemnitates in contractu matrimonij seruandas aliquid induceret, quando mixtum esset inducta, a Clericis & a Laicis.*

57 *Scientia superioris requiritur in consuetudine contra ius.*

58 *Intellige si sit contra ius publicam auctoritate, & vtilitate alias secus nu. 59.*

60 *Scientia, & patientia Principis supremi requiritur in consuetudine alienandi feudum irrequisitio Domino.*

61 *Scientia, & approbatio superioris requiritur in consuetudine contra ius fauens Ecclesiis.*

62 *Scientia, & approbatio Principis requiritur in consuetudine inducenda per Iudeos, & alios, qui legis condendæ, & consuetudinem indu-*

inducendi poteſtatem non habent.

63 *Error Brun.*

64 *Scientia requiritur in conſuetudine contra Principis conſtitutionem obſeruata,*

65 *Scientia, & patientia ſuperioris requiritur in conſuetudine diuidendi feuda.*

66 *Scientia Principis requiritur in conſuetudine quando Papa poteſt facere aliquem capacem de iure patronatus, in quo de gratia ſpeciali poteſt facere Laicos capaces, & ſecus non valet conſuetudo.*

67 *Papæ aut alterius Principis conſenſus quare conſuetudine non requiratur.*

68 *Papa ignorare præſumitur conſuetudines.*

69 *Scientia ſuperioris operatur vt ſi in aliquo caſu nõ requiratur prout regulariter nõ requiritur, & ad ſit, facit, vt 40. anni ſufficiant licet immemorabile tempus requireretur.*

70 *Scientia, & conſenſus Domini vbi requiritur in conſuetudine, ſufficit Vicarij illius.*

QVE-

QVESTIO QVINTA.

1 REQVIRITVR etiam in consuetudinē † inducenda tacitus consensus Populi vel eius maioris partis uti causa materialis Ang. d. l. de quibus nu. 3. ita Bar. in d. l. 2. nu. 12. C. quæ sit lon. consuet. Iacob. de Sancto Geor. in d. l. de quibus nu. 33. Rocch. in Rubr. de consuet. nu. 17. & d. c. fin. nu. 378. & nu. 391. vbi quod sufficit consensus regentium Ciuitatē, aut eius maioris partis absq; eo quod ad

2 sit † totius Populi Salyc. in l. 1. nu. 19. l. quæ sit lon. consuet. Calderin. cons. 3. an Capitulum Ecclesiæ nu. 2. ne sede uacan. Rip. d. resp. 1. col. 1. de Consuet. Corn. cōs. 90. viso processu nu. 5. lib. 2. & d. cons. 293. sub nu. 7. uers. circa quam probationem lib. 1. Curt. iun. cons. 42. habita diligenti consideratione nu. 8. Tob. cons. 11. visis ac diligenter lectis nu. 10. Colligitur autem tacitus consensus Populi etiam si Populus to

3 tus contradiceret † si tamē acquiesceret sententiæ; quia tunc consuetudo induceretur

Ant.

Ant. d. c. fin. nu. 30. verſ. ſi queritur & ſubdit ibi nu. 33. quod ſecus eſt ſi ſententię
4 ſiut reſciſſę † niſi tamen facta ſit reſciſſio ratione minoris ætatis: quia hoc pręiudicaret, & conſenſus uerò maioris partis colligitur
5 † tunc, cum multis infinitiſq; perſonis præſentibus factum quid oſtenditur Aym. cōſ. 666. Fratres Prædicatores nu. 20. lib. 4. & quidem pendere debet conſuetudo a toto
6 Populo, non enim poſſet induci † ex facto etiam maioris partis Ciuitatis Abb. c. ex parte in fi. de Cenſib. & conſenſum tacitū
7 Populi † eſſe cauſam formalem voluit Bal. d. l. de quibus nu. 64. iſta autem conſuetu-
8 do ſic ut præfertur inducta dicitur † vniuerſalis, inducta autem ex actibus priuatorum dicitur particularis Siluan. d. conſ. 61. nu. 29. & illa quidem non eſt obſeruanda niſi ſciente, & patiente Populo vt ſupra. & voluit Rol. a vall. d. conſ 13. nu. 16 Hæc au
9 tem per vnam partem † Populi inducitur ſumm. Iaſ. in l. ſi quis a filio §. ſi parti nu. 3. de leg. 1. licit. n. conſuetudo non poſſit in-
10 duci per vnum Quarterium † Ciuitatis ad deciſionem cauſarum, cum conſiſtat apud totum Populum, tamen poteſt circa concernentia ſtatum eius quia contributiones tri-

butorum quæ imponuntur illi Quarterio certo modo fiant secundum Præpos. in c. frustra nu. 11. 8. distinct. Ang. in d. l. de quibus nu. 29. Rocch. d. c. fin. nu. 392. & ita intelligo Salyc. in d. l. 1. nu. 28. C. quæ sit lon. consuet. vbi loquitur quod Vrbs Ro
11 mæ † habet Regiones vulgo nuncupate Rioni, & quod Bononia habet Quarteria, & subdo quod Patria mea habet Terzeria inter quæ semper fuit & est exultatio; Ta-
12 men Terzerium sub quo † ipse cum familia incolatum habeo cæteris non iniudet cum fuerint in eo uiri præstantissimi, & in dignitatibus Ecclesiasticis eminentes, vt in familia Illustri Venantia in qua fuerunt duo Episcopi, & insuper Gubernatores Vicelegatiq; in Marchia Auconitana, & Nuncij Pontificis ad Imperatorem Carolum Quintum, & hodiernis tẽporibus ex dicta Nobilissima familia mngnæ reperiuntur existimationis equites, vnus Hierosolymitanus, alter uerò Sancti Stephani ambo in Curia magni Etruriæ Ducis spectabiles, quorum primus meæ Congiugis patruus magnus est & primi Epicopi pd.ex fratre Nepos,& alterius Episcopi frater patruelis fuit etiam in Nobili leonina domo, strenuus ille Dux mi

litum

ftum summæ gloriæ uir, Colonnellus Ruffinus, Item de Nucciorum genere summi Ingenij, & corporis agili fortitudine Capitaneus Raynaldus ambo apud Clarissimam Venetorum Rempublicam summo (ob præclara eorum gesta) in honore habiti, quæ cunctæ familiæ domui meæ consanguinitate, & affinitate iunguntur, E poetis etiam inter vulgares licet latinis, & poltioribus literis eruditissimus D. Eschines pariter leoninus, Poeta inter vulgares suæ tempestatis fœlicissimus, & venustimus, inter latinos nunquam satis laudatus F. Franciscus Maurus, qui librum tam aureum Franciſciados edidit.

Declaratur vt tacitus iste consensus Populi
13 sufficiat ipso solenniter non † congregato Ant.d.c.fin. nu. 42. & ibi etiam Rocch. nu. 351. Corn. d. conf. 293. sub nu. 3. uers.tamen prædictis lib. 1. Modern. Repet. in d. l. de quibus nu. 51 Hypp. Riminald. d. conf. 72. nu. 120.

Declaratur etiam quod minus requiritur
14 qood populus † vsus fuerit dicta consuetudine, nec minus eius maior pars Abb. d. c. fin. nu. 18. quicquid in contrarium, & ma
15 le † senserit glos. ibi, Roman. etiam contra

G 2 glo.s

glos. in cons. 368. præsens consultatio sub nu. 6. uers. foret etiam necessarium: Nam sufficit quod aliqui de populo vtantur ita
16 quod verisimiliter in noticiam † populi seu eius maioris partis deuenerit ita post Arch. quem allegat tenuit Corn.d. cons. 293. sub nu. 8. uers. intelligas lib. 1. & ratio quidem est in promptu: quia vt supra pro constanti firmatum est ad inducendam consue-
17 tudinem duo † aut tres actus sufficiunt arbitrio Iudicis, sentiendo ergo cum d. glos. cócludendum esset contrarium. s. non sufficere quando maior pars populi non esset usa, quod tamen esset valde absurdum: saluando tamen glos. dicas, quod illi de populo
18 † non ut populus vtuntur. & sint tot, & per eos fierent actus qui venirent ad noticiam Populi Rocch. d.c. fin nu. 377. & ultra quod requiritur quod fuerint facti actus, qui in notescere potuerint populo, requiritur quod populus habuerit ominum inducendi consuetudinem, non enim indu
19 ceretur si populus erraret † ęqualis est consuetudo, quæ induceretur a rusticis: quia po
20 tius præsumitur inducta † per errorem quã ex rationabili causa Iacobin de Sãcto Georg. in d. c. de quibus nu. 55. & consuetudinẽ non

non induci per errorem populi teneri communiter per doct. teſtatur Io. Fabr. in d. §. ex non ſcripto nu. 7. Roman. conſ. 368. præſens. conſultatio ſub nu. 5. verſ. eſt etiã ad eius introductionem, & ſic male ſenſiſ-
21 ſe videtur gloſ. † in l. quod non ratione ff. de legi. dum dicit quod Conſuetudo Bono-
22 niæ, quæ habet quod ſi dominus vini poſue rit manus ad plauſtrum etiam ad iuuãdum, ſit ſuum periculum; vbi quod non debet extẽdi ad aliud liquamẽ, ſupponit ipſam cõſuetudinem ualidam licet eam dicat per errorem iuductam, quam gloſ opi. licet non poteſt ibi Bal. in 2. lect. tamen firmant Præpoſ. in. d. c. fruſtra nu. 9. verſ. deinde gloſ. requirit 8. diſtinct. Rocch. d c. fin. nu. 308. Salyc. in l. 1. nu. 2. C. quæ ſit long. conſuet.
23 Imol. c. fin. nu. 21. ſed ſaluando † gloſ. & ſequaces, dicas quod non mirum ſi valet dicta conſuetudo licet fuiſſet erronea: quia
24 ibi fuit erratum in iure, unde error hic † nõ impedit induci conſuetudinem ſecundum Ant. d. c. fin. nu. 37. uerſ. ſi quæretur an Populi error Rocch. vbi ſupra, & nu. 309. Salyc. in d. l. 2. nu. 20. vbi ponit Theoricam. C. quæ ſit lon. conſuet. Quod uon pro
25 cederet, quando ius eſſet † in contrarium

quia non induceretur consuetudo hoc casu per errorem iuris Imol. d. c. fin. sub nu. 21. uers. potes dicere, & ibi etiam Noct. nu. 12. Modern. Repet. in d. l. de quibus nu. 88. Sig. cons. 25. P. Massada nu. 31. Aym. d. cons. 861. nu. 8. lib. 5. prout etiam non
26 inducitur consuetudo per errorem † facti idem Aym. d. cons. 814. nu. 6. lib. 5. sed mirum est, quod error præmissus fuerit in dicto Populo, in quo sunt tam Præstantissimi viri, quo casu non esset præsumendus error, per eundẽ Fabr. vbi supra qui subdit errorem pariter non obesse consuetudini
27 quãdo esset circa causam impulsiuam † Modern. Repet. post Petr. Iac. de Rauen. & Cyn. in loco præcitato, Nisi etiam superue-
28 nisset scientia † post errorem Dec. in l. si per errorem nu. 4. ff. de iurisdeorum iud. secundum intellectum, quem vltimo loco re-
29 censet † cui quidem standum videtur secundum Bart. in l. bona fides ff. depos. Bal. l. si mater nu. 2. C. ne distat. defunct. Ias. in l. pacta nouissima nu. 3. C. de pact. an cons. 164. Viso processu nu. 2. lib. 2.

Sed pulchra oritur dubitatio an consuetudo sufficiat, vt supra quod sit inducta ex tacito consensu Populi, absq; eo quod contradi-

tradictorio iudicio fuerit obtempta.

30 Affirmatiuam opi. † scilicet quod debeat esse contradictorio iudicio obtempta, tenuit Bal. in l. iam de consuetudine per illum tex. ff. de legi. per quam legem respondit Alex. in cons. 136. in causa & lite vertente sub nu. 20 vers. itē oportebat probari lib. 2. & cōs. 173. uiso & diligenter considerato nu. 8. lib. 6. istamq; opi. communiter sequi legistas & Canonistas testatur idem Alex. cons. 132. viso processu causæ sub nu. 4. uers. & requiritur quod talis lib. 1. cum alijs relatis per Franc. Visic. communium opi. lib. 1. op. 56. consuetudo debet esse obtempta, quid in hanc partem refert Franc. de Rampon. Anch. Ang. & Curt. iuni. Vltra Alex. præcitatum, ne videar occultator allegationum per alios cumulatarum quemadmodum minime tacuerim eosdem Auctores ante fuisse relatos per Aym de antiq. temp. 4. par. in princ. nu. 32. de quo tamen Viui. nullam facit. mentionem.

31 Negatiuam † autem sententiam tenuerūt Gemin. d. c. frustra nu. 6. & ibi Præpos. nu. 8. 8. distinct. Henr. Boich. d. c. Abbate nu. 4. Imol. d. c. fin. nu. 31. Rocch. nu. 361. & ita intrepide tenendū dixit Host. in summ.

de consuet. sub nu. 5. uers. secundo probatur Bar.d.l.de quibus in repet. nu. 13. Paul. nu. 11. Salyc. in l. 1. nu. 18. C. quæ sit lon. consuet. vbi de communi Bal. cons. 210. casus talis est circa medium lib. 1. & in d. §. omne autem ius nu. 21. Corn. d. cons. 155. nu. 6. lib. 4. & cons. 73. breuiter in hac consultatione nu. 9. vbi etiam de communi lib. 2. Io. Bapt. ferret. cons. 309. in causa tituli nu. 4. lib. 2. Marc. Mant. cons. 231. ex forma statutorum nu. 55. Cels. Vgo cons. 54. est quoddam nu. 21. & tam de iure Canonico quam Ciuili communem legistarũ, & Canonistarum sententiam testatur Hieron. de Canolin. inter consilia Io. Mariæ Riminal. cons. 18. præsupponitur in Ciuitate nu. 23. lib. 1. Ias. cons. 46. omissa vlteriori allegatione nu. 3. Cil. 1. Bero. cons. 87. tota desficultas nu. 20. lib. 3. Aym. cõs. 55. reuocatur in dubium nu. 6. lib. 1. Bursat. cons. 186. Controuersiam vertentem nu. 12. lib. 2. & cons. 50. Triplici ut ex motiuis nu. 27. lib. 1. Viui.d.opi. 56. ad fi. Soarez in Thes. recept. senten. uers. Consuetudo nu. 282. in uerbo nec requiritur, & in consuetudine interpretatiua Socc. vin. cons. 73. uisis Literis nu. 6. lib. 4. & vultra quod

hec

hæc opi. eſt magis communis eſt etiam uerior ex infraſcriptis fundamentis.

Primo quia conſuetudo non differt, a lege
52 † niſi tanquam tacitum & expreſſum, vt ſupra dictum eſt vnde ſicut lex inducitur abſq; actu iudiciario expreſſe, ita conſuetudo tacite Petr. & Cyn. in d l. 2. C. quæ ſit lon. conſuet. Bar. in d. l. de quibus nu. 20.

Huic rationi licet hactenus non inuenerim Doct. reſpondentem ſatisfieri ita poſſe putarem cauſa arguendi, quod ſcilicet non mirum ſi in lege condenda non requiritur aliquis actus iudiciarius, quia legis conditori habenti legis condendæ auctoritatem ſufficit per legem eius mentem, & intentionē promere, & hoc ſolum ſufficit § ſed et quod Principi Inſtit. de iu. natural. & niſi poſſet legem promulgare abſq; aliquo actu iudiciario, videretur eius poteſtas coanguſtata, vt non poſſit condere legem pro eius libito etiam in extraiudiciali contra d. §. ſed & quod Principi, & contradictio aliqua non requiritur cum a voluntate eius non autem alterius dependeat legem condere, ſecus in conſuetudine, de cuius inductione cum ſępiſſime dubitetur, vt ſupra dictum eſt, contradictio iudicialis, vel extraiudicialis requiri ui-

ri videtur secundum quod versamur in iudicio uel extra iudicium: Nam cum requira-
33 tur, quod bis sit sentētiatū † vt per Grat. resp. 50. Reuerendissimæ ac Illustrissimæ nu. 31. lib. 1. & supra late dictum est, si pars contra quam lata fuit sententia, non fuit citata, non potuit contradicere, sentenria præfata minime citatum afficere poterit, & sic huiusmodi sententiæ præiudicium parare non possunt, Nec minus videtur quod Populus possit habere noticiam de dictis sententijs, nisi etiam de citatione, & quando secus esset, ista non esset consuetudo quia
34 inducta diceretur per errorem facti † & sic non valeret, vt dictum est & voluit Castr. d. l. de quibus nu. 20.

Secundo iuuatur supradicta opi. alia ratione: quia vsus maioris partis hominum
35 præiudicat minori † contradicenti l. quod maior ff. ad Municip. non debet ergo requi
36 ri eorum contradictio † quæ nullum potest producere effectum l. dotem & ibi not ff. Sol matr. Petr. de Rauen. de consuet. nu. 151. vbi quod contradictio aliorum non
37 præiudicat maiori † parti Populi, nisi instent coram superiore potestatem habente, vt reprobetur.

Tamen

Tamen ratio ista reijci posse videtur; quia illa contradictio non operatur, quod minor pars contradicens habeat præiudicare minori, sed quia detegatur tacitus consensus Populi, qui videtur elici non posse nisi facta
38 contradictione, maxime quando actus † inchoati sunt per errorem, vt contingere posse supradictum est & probatur in l. quod non ratione ff. de legi. vnde stante errore potissimum consuetudinis requisitum deficeret. 5. consensus tacitus qui causari non vi-
39 detur ex ex errore, cum errans † non consentiat Bar. & Doct: in l. si per errorem in priore ff. de Iuisd. omn. iud. nec mirum qui-
40 dem quia errantis † nulla est voluntas Bal. l. cum testamentum nu. 2. C. eo: tit.

Tertio facit pro supradicta opi. vltimo loco relata quia consuetudo inducitur ex mo
41 ribus † & vsibus hominum d. l. de quibus vnde ideo dicitur consuetudo: quia si in cō-
42 muni omnium † vsu, seu quasi communis assuetudo, seu quasi mores consueti Ias. d. l. de quibus nu. 81. sequitur ergo quod in ea non requiritur aliqua contradictio.

At huic rationi resp. quod mores ponun-
43 tur pro frequentibus † hominum actibus glos. fin. d. c. mos est 1. distinct. qui tamen actus

actus frequentes non ſufficiunt, vt inducatur conſuetudo: quia poſſent eſſe permiſſi
44 illi actus ſępius † ex gratia, & tolerantia noct. in c. quia cognouimus 10. q. 3. ac etiam qnia licet pluribus vicibus ita ſit iudicatum, non ideo in poſterum ita iudicandum eſt,cum non exemplis ſed legibus † ſit
45 iudicandum l. nemo C. de ſenten. & vltra mores plura requiruntur in conſuetudine.

Qurrto & vltimo fundatur hæc opi. alia ratione: quia ſi vera eſſet contraria opinio ſequitur quod nunquam poſſet inttoduci conſuetudo,quæ tamen debet habere initium, & ſic numquam iudicaretur pro cõſuetudine,ex quo iudicio contradictorio nõ eſſet obtempta ita Doct. Præcitati in hanc ſententiam.

Sed huic rationi reſp.fundamento eorum, qui tenẽt hanc partem, ſcilicet quod immo introducatur non obſtante contradictione minoris partis, cui præiudicare, poteſt maior pars,quæ intendit non obſtante illa coutradictione inducere conſuetudinem, vt ſupra dictum eſt profundamento partis quam eorum ratione impugno, & argumentum in eam reflecto propterea quod; quæ pro hac ſententia adducuntur ſummoueantur,

Vnde

Vnde in puncto iuris teneri poſſet contraria opi. ſcilicet quod conſuetudo requirat eſſe in contradictorio iudicio obtemptum ex pluribus.

Primo per. c. Abbate ibi contradicto iudidicio fuerit introducta de uerb. ſign. quæ verba licet videantur prolata pro parte Monachorum Sancti Silueſtri Alciaten, & non ſint uerba Summi Pontificis, ibi ad hoc autem pars aduerſa reſpondit, tamen quia illa conſuetudo potuit in eſſe deduci in aliam vim, quam conſuetudinis, ibi pro bono pacis, dicendum eſt quod conſuetudo illa dicto reſpectu non debet cenſeri valida: poſtquam debet ptobari actus fuiſſe factos in vim conſuetudinis non alio modo, vt dictũ eſt, & ſi adhuc dicatur eo tex. fuiſſe reſponſum contra dictos Monachos ad fauorem Monaſterij Sancti Bertini non obſtante allegatione ipſorum, quod contradictorio iudicio non fuiſſet obtempta, reſp. quod cum allegaretur per dictum Monaſterium non ſolum conſuetudo, ſed etiam priuilegium Romanorum Pontificum ibi, verſ. cæterum procurator dici non poteſt diſpoſitionem d. c. ideo ceſſare: quia non ſit obtempta contradictorio Iudicio ex quo remanet alia ratio

tio : quia potuit induci Summus Pontifex ad ita determinandum ratione 5. priuilegiorum, & tamen vbi sunt duæ rationes fi-
46 nales † vna cessante remanet dispositio §. Af finitatis Instit de Nupt. & sic stantibus in d. tex. allegatis priuilegijs dici minime potest ita fuisse decisum : quia nõ requiritur quod consuetndo fuisset obtempta in contradictorio iudicio.

57 Sed huic tex. respondet Gemini † d. c. frustra nu. 6. 8. distinct. vbi quod in d. tex. adest allegatiopartis, dicitur tamen quod est vtile consuetudinem esse obtemptam in cõtradictorio Iudicio cum dicatur per talem pronunciationem consuetudo confirmari.

Probatur secundo dicta opi. per tex. in l. cum de consuetudine ibi an etiam contratradictorio aliquando Iudicio firmata sit ff. de legi.

Huic tex. resp. quod non obstat : quia si ponderetur dictio illa etiam, implicat quod etiam si non sit firmata contradictorio Iudi-
48 cio † sit obseruanda ita respondet Ias. conf. 46. omissa vlteriori allegatione nu 3. lib. 1.

Retenta tamen opinione alia. tanquam frequentiori Doct. calculo approbata quod scilicet non requiratur consuetudinem esse

con-

contradictorio iudicio obtempta.

Limitatur vt non procedat in conſuetudi-
49 ne † correctoria iuſis commuuis: quia tunc requiritur, vt ſit obtempta contradictorio iudicio Gig. d. conſ. 25. nu. 31. Socc. iun. conſ. 73. uiſis literis. nu. 5. lib. 4. Io. Ceph. conſ. 129. præſuppoſito pro conſtanti nu. 8. lib. 1.

Populi autem tacitum conſenſum præfatum colligo, quando bis fuit ſententiatum
50 † per Iudicem, vt ſupra intra tempus requiſitum gloſ. in d. l. diuturno ff. de legi, etiam contra legem, vt per Bar. in d. l. 2. nu. 23. C. quæ ſit lon. conſuet Alex. d. conſ. 173. nu. 8. lib. 6. Grat. conſ. 50. Reuerendiſſime ac Illuſtriſſ. nu. 31. lib. 1. & conſ. 75. quamuis ſępius deducta nu. 13. lib. 2. Roman. ſing. 42. an ſicut in princ.

Sufficiet etiam tacitus iſte conſenſus Popu
51 li ſeu eius maioris partis abſq; eo † quod probetur ſcientia, & patientia ſuperioris
52 quicquid † dixerint Inn. in c. cum p. tabellio ad fi inſtr. gloſ. fin. in princ. d. c. fin. quã ſequitur Franc. Aret. in conſ. 153. conſultatio, propoſita ſub nu. 2. ad fi. quorum opinionem damnat Bal. d. l. de quibus nu. 11. & ibi etiam Iaſ. nu. 30. cui etiam ſe remittit

remittit Franc. Rip. in c. cum Ecclesia sutrina nu. 114. de caus. possess. & propriet. Io. Fabr. in d. § ex non scripto nu. 85. Abb. d. c. fin. nu. 13. Rocch. nu. 351. Corn. d. cons. 268. nu. 15. lib. 4. & d. cons. 155. sub nu. 3. uers. sed immo glos. eo. lib. 4. Curt. iun. cõs. 162. habita diligenti consideratione sub nu. 3. uers. subdit Bartholus, & id quidem absq; difficultate procedit in consuetudine obtẽ-
53 pta per tempus † immemorabile ita Bal. Alex. Ias. Felin. Dec. & Curt. iun relati per Aym. de antiq. temp. 4. par. uers. absolutis differentijs nu. 14. quibus addo Iacob. de Sancto Georg. in Tract. feud. uers. cum in vero, & mixto imperio Alciat in l. munus ff. de Verb. sign. Balb. in tract. de praescript. 2. par. 3. par. inprinc. q. 6. nu. 22. Ruyn. cons. 105. super eo de quo, quaeritur sub nu. 5. uers. nec etiam lib. 5. Nat. cons. 9. facti speciem nu. 44. lib. 1. Siluan. cons. 96. prima fronte nu. 5. Card. Paris. cons. 25. primo aspectu nu. 57. & d. cons. 27. nu. 34. lib. 1. Rol. a valle cons. 3. deuenio modo ad quaestionem nu. 102. lib. 1. & vltra allegatos Recentiores idem voluerunt Dyn. in d. c. fin. in glos. magna de Consuet. & ibi Imol. nu. 42. idem. Imol. in l. si publicanus §. in om-

omnibus nu. 11. de Publican. Roman. in l. vectigalia ff. eo. tit. Ang. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de Aq. quot. & testi. Salyc. in l. vectiaglia. C.uon. vectig.Bal. in c. 1. quæ sint regal. in vsibus feud. Ant. c. peruenit col. 24. de Censib. Alex. conf. 6. uiso Themate, & dubijs nu. 4. lib. 1. Dec. conf. 85. diligenter pro tenui col. 2. Curt. iun. conf. 156. præsupponitur in facto nu. 12. Ant. Rube. d. conf. 21. col. fin. Emil. ferrett. conf. 141. vertitur dubium nu. 3. lib. 1.

54 Illud tamē sciendum † est quod dum Iun. & Aret. supra alleg. etiamq; homin. in d. c. frustra nu. 8. adducunt glos. in d. c. fin. esse reprobatam, & facere eis, qui tenent contrariam opi. licet contrariam opi. proxime relatam sequatur Gemin. vbi supra reprobata d. glos. male loquuti esse videntur parcant mihi tanti uiri: quia glos. illa (ni fallor) bene intellecta non potuit melius loqui; procedit enim in consuetudine iuris communis correctoria dum ibi dicit in uers. ad hoc ergo, vt consuetudo iuri communi præiudicet requiritur & quæ sequuntur, & subdit aliud requisitum scilicet scientiæ superioris, item in alia glosa ibi scias ergo quod ad hoc vt consuetudo præiudicet iuri, requiritur,

& quæ sequuntur, & subijcit scientiam superioris: Nam quando consuetudo non est contra ius in contrarium se habet communis opi. vt infra dicitur, & hic non est casus glos. licet secus asserant dicti Doct. qui illā non videntur intellexisse in quibus terminis loquatur, immo idem Aret. in cons. 159. longa est in 8. dubio contra sensit in consuetudine. 40. annorum scilicet modo aliquo non requiri scientiam superioris mutauit forte sententiam comperta veritate.

55 Limitatur primo † in Sacramentalibus in quibus requiritur saltem tacitus consensus Papæ præpos. c. super eo nu. 5 de cognat. Spirit. & d. c. frustra nu. 9. 8. distinct. Rocch. d. c. fin. nu. 353. felin. c. 1. nu. 9. uers. & de tolerantia de Tregu. & pace, Didac. Couarr. super. 4. decretal. cap. 6. §. dicimus nu. 9. vbi loquitur de consuetudine, quæ cir

56 ca † solemnitates in contractu matrimonij seruandas posset aliquid inducere, quando etiam fuisset, a Clericis, & a laicis mixtim introducta concurrente scientia Principis, vt ibi quam communem testatur contra Rocch.

57 Limitatur † secundo nisi consuetudo sit contra ius: quia etiam tunc requiritur sciē-

tia

tia ſuperioris Odoard. conſ. 237. perlectis nu. 3. Aym. conſ. 96. Dominus Iafredus nu. 6. Tob. conſ. 11. viſis, ac diligenter lectis nu. 9. & ante dos Turr. Crem. in c. ſicut nu. 3. 4. diſtinct. Imol. c. ſicut nu. 8. de pubat. luc. de penn. in Rubr. de decret. decurionum nu. 10. lib. 10. Præpoſ. in d.c. fruſtra nu. 9. vbi inquit requiri quod ſit con-
58 tra ius publicum † auctoritate, & vtilitate idem c. his temporibus 77. diſtinct. Rocch. d. c. fin. nu. 352. Gig. d. conſ. 25. nu. 31.
59 ſecus ſi contra † ſimplex uis ſecundum Purpur. conſ. 367. in cauſa nu. 79. lib. 1.

60 Limitatur tertio † in conſuetudine alienandi feudum irrequiſito domino. quia debet probari ſcientia, & patientia Principis ſupremi Rol. a valle conſ. 2. in cauſa nu 124. lib. 1.

61 Limitatur quarto † in conſuetudine cōtra ius fauens Eccleſijs: quia non tantum requiritur ſcientia ſed apprnbatio ſuperioris, & Papæ Henr. Boich. c. 1. nu. 2. uerſ. Tertia de his quæ ſcientia, a maio. par. Capit. Imol. c. cum in cunctis nu. 30. uerſ. tertia eſt eo. tit. aliàs autem approbatio ſupradicta non requiritur regulariter niſi in caſu præmiſſo & alio ſtatim ſubijciendo, & de hoc lo-

quitur Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 14. Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 253. Aym. cons. 21. Homines Sanctæ Agnetis nu. 12. lib. 1.

62 Limitatur quinto † in Iudeis, & alijs qui non habent. potestatem legis condendæ minusq; consuetudinis inducendæ: Tunc enim requiritur approbatio principis Bero. cons. 28. in præsenti causa num. 31. lib. 3. licet Brun. in tract. stantibus masc. art. 1. nu. 14.
63 minus aduertenter † dixerit quod consuetudo Iudeorũ valet in terminis suis quod uir succedat vxori exclusa filia, & idem quod Bero. & diuersum a Bruno tenuit Bursat. cons. 152. quia enixis precibus nu. 8. lib. 2. & idem dicendum quando Populus non haberet iurisdictionẽ quo ad alias secundũ Ang. in d. l. de quibus vers. in tex. ibi Iudicio Populi, vbi quod requiritur conscientia eius, qui habet iurisdictionem in loco, nec sufficit simplex tolerantia.

64 Limitatur sexto † in consuetudine contra Principis constitutionem obseruata: quia illa non valet nisi concurrat scientia Principis Rocch. d. c. fin. nu. 355. felin. cons. 31. oportet omnino nu. 20.

65 Limitatur septimo † in consuetudine diuiden-

uidendi feudum: quia etiam tunc requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris Bapt. de Sancto Blaſ. conſ. 66. ex themate nu.6.

66 Limitatur octauo † vt requiratur ſcientia etiam in conſuetudine quando Papa poteſt facere aliquem capacem de iure patronatus in quo de gratia ſpeciali poteſt facere laicos capaces, aliterq; non valet conſuetudo Io. Bapt. Ferret conſ. 345. Reuerendi Patres nu. 7. lib. 2.

Quare autem in conſuetudine regulariter
67 non requiratur conſenſus † Papæ aut alterius Principis, dicendum eſt, quod Princeps tacite permittere videtur ex quo legis condendæ poteſtatem dedit Populo, & ſimiliter inducendi conſuetudinem etiam contra ius, quando ſunt rationabiles, & præſcriptę Imol. d. c. fin. ſub nu. 29. uerſ. an autem ſit neceſſe, item alia ratio eſt: quia ſi ad eſſe conſuetudinis requireretur ſcientia, & tacitus conſenſus Principis non eſſet verum il
68 lum præſumi † ignorare conſuetudines contra tex. in c. 1. de Conſtit. lib. 6. ite Præpoſ. d. c. fruſtra nu. 9.

Sciendum tamen eſt quod tanti eſt effectus dicta ſcientia ſuperioris, quod licet ali
69 quo caſu nō requiratur, tamē vbi adſit † fa-

cit vt vt 40. anni sufficiant licet alias requiratur immemorabilis consuetudo Aym. cons. 391. Venerabilis Dominus nu. 24. lib. 3. & vbi etiam requiritur scientia & consensus Domini in consuetudine sufficit
70 adesse † Vicarij illius Præpos. in c. Reatina 63. distinct.

SVMMARIVM.

1 *Rationabilis esse debet consuetudo, Declaratur nu.7.*
2 *Rationabilitas est consuetudinis forma.*
3 *Rationabilis consuetudo quæ sit secundum Petr. de Rauen. & quæ secundum fulgos. nu. 4.*
5 *Irrationabilis consuetudo mala dicitur,*
6 *Irrationabilem esse consuetudinem quatuor modis contingere potest.*
8 *Rationabilior lege contra quam inducitur esse debet consnetudo.*
9 *Rationabilis esse debet consuetudo maxime contra ius Canonicum.*
10 *Rationabiliter non requiritur in consuetudine vniuersali contra Canonem, quando eam Papa tolerat,*
11 *Rationabilitas requiritur in consuetudine*

quæ

quæ non ſit vniuerſalis licet Papa ſciat quando eſt contrv ius.

12 *Irrationabilis præſumitur conſuetudo ſi ſit contrarius, & nu. 26.*

13 *Rationabilitas non requiritur in conſuetudine contra ius Ciuile.*

14 *Rationabilis non eſt conſuetudo ouod omnes molere volentes teneantur venire ad meũ molendinum & emere volentes ligna teneantur venire ad meum nemus, & tamen valet, quia contra humana ſtatuta inducta,*

15 *Rationabilitas quare in conſnetudine contra ius Cauonicum requiritur non ſic contra ius Ciuile.*

16 *Error Præpoſ. & Rocch.*

17 *Rationabilitas non requiritur in conſuetudine contra ius Ciuile, nec Canonicum ſi illa ſit immemorabilis, & non foueat peccatum, ſecus ſi ſit irrationabilis, quia illa contra ius Canonicum nullo temporis ſpacio induceretur nu. 18. licet contra ius Ciuile ſufficerec conſuetudo 30. annorum nu. 19.*

20 *Ratio perſuaſiua ſufficit in conſuetudine.*

21 *Rationabills quæ ſit conſuetudo certa regula dari nõ poteſt, ſed eſt arbitrariũ Iudici.*

22 *Arbitrium Iudicis quomodo regulabitur in dignoscendo consuetudinem rationabilẽ.*
23 *Rationabilis præsumitur contra ius non existens.*
24 *Rationabilitas non requiritur in consuetudine præter ius.*
25 *Rationabilis præsumitur consuetudo disponens idem quod ius antiquum correctũ.*
27 *Prælato soli aut Capitolo soli quod competat ius expediendi aliquid, ut facilior sit expeditio rei agendæ consuetudo facere potest licet sit contra ius.*
28 *Ieiunia inducens ius positiuum per consuetudinem tolli potest, vt scilicet liceat comedere lacticinia in aliquibus Terris vbi non sunt pisces neq; oleum, sed sunt loca sterilia, & montuosa.*
29 *Rationabilitas circa tria uersatur, vt scilicet religioni conueniat, disciplinæ congruat, & saluti proficiat.*
30 *Tempus actuum frequentia, & Populi cõsensu requiruntur in consuetudine.*
31 *Titulus & bona fides non requiruntor in consuetudine.*
32 *Superioris licentia non reqniritur in consuetudine.*
33 *Irrationabilis dicitur consuetudo, quæ fouet*

uei fraudes, malitias, & falsitates.

34 *Dies locus quod non apponatur in instrumẽtis consuetudo non valet.*

35 *Error Io. Fabr. Alex. & Ruyn.*

36 *Locus quod non apponatur in instrumentis consuetudo facere nequit.*

37 *Loci locus in instrumento apponendus est, nisi consuetudo contrarium dictet.*

38 *Indictio non est de necessitate quod apponatur in instrumentis stante consuetudine.*

39 *Nomen Imperatoris aut Papæ necessario apponi non debet in instrumentis si ita sit consuetudo.*

40 *Item nomen Consolis secundum antiquos.*

41 *Dies vt apponatur snb nomine proprio scilicet Martis Mercurij, & huiusmodi consuetudo facere, potest.*

42 *Mensis est de substantialibus instrumenti nisi ponatur dies omni certitudine certus ut in die Natalis Domini.*

43 *Pascbatis dies, vt Natiuitatis, & Episaniæ non uariantur secundum cursum lunæ prout alij.*

44 *Testibus malam rationem reddentibus vt puta de credulitate, vt fides adhibentur consuetudo facere non potest.*

45 *Testes*

5 *Testes bonam rationem assignare tenentur, & si dicant se pro certo credere quia testes adhuc non probarent ibi nu. 46. nisi adijciant originem credulitatis nu. 47.*

48 *Testibus nullam rationem dicti sui reddentibus ut credatur an consuetudo facere possit.*

49 *Error Decij.*

50 *Casus debet esse super dubitabili.*

51 *Testis rationem dicti sui reddere tenetur, etiam non interrogatus & maxime super famas domini, super Miraculis nu. 52. & 53. item super consuetudine nu. 54. item super notorio, & præscriptione nu. 55.*

56 *Error Rocch.*

57 *Tabellione de reprobando vbi agitur, testes rationem reddere tenentur etiam non interrogati, item in Criminalibus nu. 58. item probanda infamia, & huiusmodi nu. 59. item improbationem defensionis nu. 60. item in aliquo facto de noctte nu. 61.*

62 *Materia super qua testes deponere debent de ratione etiam non interrogati est potius practicabilis, & vtilis quam subtilis.*

63 *Legum correctio vitanda est.*

64 Ratio-

64 *Rationem ineptam potiuſquàm nullam addu cere melius eſt.*

65 *Aequiparantur eſſe ſine effectu & non eſſe.*

66 *Argumentum ab æquiparatis validum eſt.*

67 *Teſtis dicitur deponere vt pecus in caſibus quibus tenetur reddere rationem, ſi non adducit.*

68 *Teſtis tenetur reddere rationem conſuetudinis, etiam non interrogatus.*

69 *Mercatoris omni ſcripturæ quod credatur conſuetudo non valet.*

70 *Limitatur primò.*

71 *Limitatur ſecundo.*

72 *Teſtium probatio quod contra probationem teſtium fieri non poſſit; conſuetudo facere nequit; quia impediretur de tectio veritatis.*

73 *Publicatis atteſtationibus, quod recipiantur teſtes, an valeat conſuetudo.*

74 *Irrationabilis eſt conſuetudo contra ſubſtantialia actus.*

75 *Appellationis de ſubſtantialibus eſt de minori ad maiorem appellare.*

76 *Appellari de maiori ad maiorem nõ poteſt, etiam ſtante conſuetudine, quæ inualida eſſe cenſetur.*

77 *Appellatio a Delegato Papæ ad legatum*

de

de latere non valet etiam stante consuetudine.

78 *Appellatio a Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum non deuoluitur etiam per consuetudinem.*

79 *Vicarius Episcopi non potest cognoscere causam, quæ sit Episcopo commissa.*

80 *Appellari a sententia Auditoris non potest ad Gubernatorem etiam stante consuetudine.*

81 *Error Baldi.*

82 *Appellari potest a Vicario foranco ad Episcopum.*

83 *Ampliatur.*

84 *Limitatur,*

85 *Declaratur primo,*

86 *Declaratur secundo.*

87 *Appellatio vigore consuetudinis Pisanæ deuoluitur a Capitaneo ad potestatem.*

88 *Appellatio omisso medio deuoluitur per consuetudinem.*

89 *Irrationabilis dicitur consuetudo, quæ remittit solemnitates a iure Canonico requisitas in alienatione rei Ecclesiasticæ.*

90 *Solemnitates, a iure Canonico requintas in alienatione rei Ecclesiasticæ diminuere ne quidem potest consuetudo, nedum tol-*

lere

lere, ſecus in ſolemnitatibus inductis pe Auth. boc ius porrectum nu. 91.

92 *Vennalis vt exponatur res Eccleſiaſtica eſt ſolemnitas iuris Ciuilis ideo contraria conſdetudo valet.*

93 *Limitatur remiſſiue.*

94 *Minorum bona alienari non poſſunt abſq; Iudicis decreto ſecus ſtante cõſuetudine.*

95 *Irrationabilis dicitur conſuctudo, qua quis inducitur ad peccandum.*

96 *Peccatum quando non nutriat conſuetudo poteſt eſſe valida, licet ſit contra ius naturale.*

97 *Dos quod ſoluto matrimonio non reſtituatur vxori conſuetudo facere nõn poteſt.*

98 *Hypothecæ ius vxori competens conſuetudo tollere non poteſt.*

99 *Aduocati quod non iurent de calumnia non valet conſuetudo.*

100 *Iuramentum calumniæ, quod litigantes non ſubeant, non valet conſuetudo.*

101 *Peccata publice confitendi non valet conſuetudo.*

102 *Confeſſio generalis valet licet non ſpecialis*

103 *Saxonum cõſuetudo diſponit, quod ſi in vna manu ſub tunica fur tenebat rem furatam, & cum alia paratus eſſet iurare quod*

nec ipse habet, nec scit absoluitur, & quod te Iudex te non audiuisset si dixisses Domine hic in alia manu tenet absç conſam rem, quam peto.

104 *Simoniam inducens consuetudo non valet.*

105 *Simonia est dare aliquod pro sacramentis, & sepultura.*

106 *Curatus Ecclesiæ Parochialis non potest pro ministratione sacramentorum, quorumcumq; ut baptismi, extremæ vnctionis pro benedictione nubentium, & installatione in choro aliquid recipere nisi postea audita.*

107 *Ludendi consuetudo inualida.*

108 *Ludus alearum probibitus, nisi ludens sit homo ociosus vel laboribus fastiditus, & ludat causa solatij sine fraude, & sine blasfemijs: quia immo tunc euitabuntur malæ cogitationes, & peccata.*

109 *Rector Ecclesiæ qui tenetur dispensare redditus eius in pauperes, vt non eroget, non valet consuetudo.*

110 *Furari aut falsum testimonium dicere, vt liceat nulla est consuetudo.*

111 *Ampliatur etiam si sequatur bonnm.*

112 *Ampliatur etiam si sequatur peccatum veniale ne dum mortale.*

113 *Pet-*

113 *Peccatum etiam veniale incurrere quis non debet licet adhiberandum aliquem, à morte.*

114 *Irrationabilis eſt conſuetudo, vt electio fiat per cartellos,*

115 *Duellum permittens conſuetudo non valet.*

116 *Duellum Dauid cum Golia Gigante, & cum Samſone fuit in ſtinctu Spiritus Sancti.*

117 *Monomachiam omni iure prohibitam.*

118 *Præceptum Domini eſt non tentare Deum.*

119 *Mercari quod liceat diebus feſtiuis conſuetudo non valet.*

120 *Pij Papæ Quinti laus.*

121 *Iuri diuino contraria conſuetudo non ualet.*

122 *Vſuras nec in vno nummo permittere poteſt conſuetudo.*

123 *Vſuraria conſuetudo de ſoluendo ſeptem pro centenario.*

124 *Alimenta dotium debentur conſtante matrimonio.*

125 *Mutuum dantes nihil inde ſperantes de iure diuino.*

126 *Vſuram facere non licet etiam ob publicam vtilitatem, aut rogandi eleemoſinam pauperibus, & minus etiam pro redemptione captiuorum.*

127 *Dos donec ſoluto matrimonio reſtituatur mulieri*

lieri ab heredibus viri nõ valet consuetudo soluendi 10.8.7.5. vel quid etiam minimum pro centenario.

128 *Vsuræ marito debentur magis tanquam interesse pro substinendis oneribus matrimonij, quam vt usuræ.*

129 *Mariti heredes si dent mulieri fundum pignori fructus compensantur in sortem.*

130 *Dos donec restituatur soluto matrimonio secundum aliam opi. mulieri debentur vsuræ etiam ad rationem decem pro centenario contradictam opi. de qua supra.*

131 *Conciliantur dictæ opi. fœdere distinctionis*

132 *Distinctio allata non videtur tuta.*

133 *Testamentum ut condi possit coram unico teste consuetudo nulla.*

134 *In ore duorum uel trium stat. omne verbũ.*

235 *Testamento duo aut tres testes sufficiunt cõtra ius positiuum.*

136 *Error Iac. de Aret. Io. Andr. Oldrad. Ant Imol. & Abb.*

137 *Testamento ut adhibeantur duo Notarij sine testibus & subscriptionibus consuetudo farere potest.*

138 *Testamentum vt valeat coram duobus testibus conditum, an disponere possit consuetudo.*

inualida ante Aduentum Christi quæ tamen post esse posset valida,

153 *Duplicitas est reprobata sicut viget apud certos Populos,*

154 *Rationabilis si est consuetudo valet in casu Imol.*

155 *Limitatur nisi inducat mortale peccatum.*

156 *Testamento quod per consuetudinem requiritur plures testes quam disponat ius Diuinum quo cauetur vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quia hoc videtur fieri ratione falsitatis tollendæ, indu duci potest.*

157 *Testamento minor numerus testium quam in duca ius positiuum adhiberi potest stante consuetudine.*

158 *Solemnitatem augere potest consuetudo vltra ius Diuinum.*

159 *Iudei fœnerari possunt cum Christianis quia curãdũ nõ est de peccato eorũ, q foris sũt.*

160 *Decimæ vt non soluantur non valet consuetudo.*

161 *Contrarium ex opinione Theologorum.*

162 *Conciliari constitutioni contraria consuetudo ntlla.*

163 *Decimas qui non soluunt immemores sunt salutis eternæ.*

164 *Fini*

præcio non valet consuetudu.

177 *Alimenta denegans consuetudo non valet.*

178 *Alimenta præstari debenta eparentibus eorum filijs non obstante contraria consuetudine.*

179 *Senes occidebantur apud Caspicos, & Bactrianos.*

180 *Citatio requiritur ad sententiam consuetudine contraria non obstante.*

181 *Citatio iuris naturalis est.*

184 *Legitimam in totum tollere potest cõsuetudo*

185 *Agnatio vt conseruetur, & non eat hereditas ad extraneam familiam potest consuetudo facere, vt stantibus masculis filia nõ succedat & est rationabilis.*

186 *Generalis consuetudo viget per totam Italiam vt stantibus masculis filia non succedat, tamen debet dotari aut alimentari.*

187 *Fur, vel filius meretricis si quis est vocatus, & consuetudo sit quod vocatus possit percutere vocantem cum alapa vel pugno, isq; vocatus ignorans ius pugno vel alapa percussit vigore consuetudinis est excusatus.*

188 *Iuri gentium contraria consuetudo non valet nisi publica vtilitate subsistente, item*

si sit

ſi ſit rationabilis, & præſcripta, & generalis, ſi autem ſpecialis in illo loco tantum nu. 191.

190 *Regulæ contra ſubſtantialia non valet conſuetudo.*

191 *Regulæ de natura quæ non ſint prohibita, conſuetudo Generalis Ordinis Prædicatorum poteſt derogare conſtitutionibus eorum.*

192 *Manachus ſtante regula non poteſt teſtari.*

193 *Monachi non poſſint habere proprium, & particulare.*

194 *Limitatur niſi concurrat tacitus conſenſus ſapientis.*

195 *Moniales quædam contra Concilij Tridentini diſpoſitionem bona in particulari poſſident.*

196 *Monachus ſtante diſpenſatione Papæ teſtari poteſt.*

197 *Filiam familias non poſſe teſtari nulla regula impedit ſed ius poſitium.*

198 *Filium familias poſſe teſtari ſtante conſuetudine quæ tollere poteſt ius poſitiuum.*

199 *Moniales aut Monachi ut non deferant competētem habitum relligioni conſuetndo facere nequit.*

200 *Bonum publicũ tollere nõ potest cõsuetudo.*

201 *Offendens aliquem quod ponere se debeat in manibus inimici qui possit ei facere aliquod signum in manu, vel in vultu, aut aliam læsionem in corpore arbitrio ipsius inimici & Pisana non valet.*

202 *Vindicare quod quis possis sede rancore vin dictæ non valet consuetudo prout alias erat Florentiæ.*

203 *Interficere vt liceat interfectorem patris, aut percutientem in faciem non valet consuetndo.*

204 *L. heredem ff. de his quib. vt indig. & l. 1. C. eo. tit. disponens, quod heres quando non vindicat mortem defuncti priusquam adeat hereditatem fiscus eam ab illo aufert tanquam ab indigno: de consuetudine non seruatur.*

205 *Vxori meæ si diformitas superueniat, vel si filios non procreat, non licet etiam per consuetudinem tenere concubinam.*

206 *Appellationis longiorem instantiam contra statuta si redderet consuetudo non valeret.*

207 *Lites breuiandæ sunt; quia expedit publice vtilitati.*

208 *Appel-*

208 *Appellationem in totum tollere non potest consuetudo.*

209 *Pœnam peccuniariam pro homicidio, & furto imponens consuetudo non valet.*

210 *Ratio.*

211 *Præmians delinquētem cōsuetudo nō tenet.*

212 *Minores 25. annis ad Decurionatum aspirare non possunt etiam ex consuetudine.*

213 *Delictum si fuerit per testes idoneos probatum non ideo liberabitur delinquens si nollet probare per iuramentum, aut leuem famam se non deliquisse, etiam quod ita se haberet consuetudo.*

214 *Bonis moribus repugnans consuetudo inualida.*

215 *Ampliatur,*

216 *Matrimonium vt contrahi possit inter consanguineos consuetudo facere non potest.*

217 *Spurius quod succedat patri non potest disponere consuetudo.*

218 *Clerico vigore consuetudinis vagari non licet.*

219 *Clericus habens præbendam aut aliud beneficium non curatum potest abesse ex iusta*

causa licentia non obtempta per æonsuetudine.

220 *Clerici habentes curata beneficia abesse non possunt absq; licentia Episcopi. Ratio nu. 223.*

221 *Canonici fructus in absentia recipiunt stante consuetudine si tamen teneant Vicarium ibi nu. 222.*

224 *Moniales tangere non possunt vasa sacra vel ponere in censum in altari etiam stante consuetud.*

225 *Testamentum factum auctoritate Episcopi ad pias causas quod possit reuocari consuetudo non tenet.*

226 *Episcopus, & Canonicus quis eodem tempore esse non potest in eadem Ecclesia etiam stante consuetudine.*

227 *Clerici qnod exerceant actus ex quibus rerum inhonestarnm narrationes, & alia in conuenientia oriantur consuetudo facere non potest.*

228 *Scandali iminentis ratione consuetudo etiã in honesta tolerari solet.*

229 *Maritus cum alienauerit seu dissipauerit eius bona quod possit alienare etiam bona eius vxoris consuetudo non valet.*

Vxor

230 *Vxor quæ commiſit adulterium quod poſſit con ſequi de bonis viri non tenet conſuetudo.*

231 *Docendi pro licentia quod aliquid exigatur non poteſt conſuetudine induci,*

232 *Canonicis ut detur prandium proreceptione conſuetudo nulla eſt.*

233 *Iuribus tenentibus obedientiam vnionem & Eccleſiaſticam diſciplinam repugnans conſuetudo non tenet.*

234 *Debitorem ſuum ut liceat propria auctoritate capere, & pignora ab marito recipere conſuetudo facere non poteſt.*

235 *Maiori parte aliquid determinante quod ſtetur minori conſuetudo diſponere non poteſt.*

236 *Delictom vnius quod afficit omnes de Contrata Villa ſeu Parochia conſuetudo facere non poteſt.*

237 *Pœna vnius quod teneat alium, iuri, honeſtati, & rationi aduerſatur.*

238 *Diſtingue tamen remiſſiue.*

239 *Dotari vxorem quod uir teneatur conſuetudo facere non poteſt.*

240 *Remiſſio rei ſi non fieret ſi delicta remanerent impunita conſnetudo facere nequit.*

Feu-

241 *Feudali in causa quod solus Dominus eligat Iudices contra Vasallum non valet consuetudo.*

242 *Pignorationes, & Precepta non sunt bonum initium consuetudinis,*

243 *Clerici vt succedant in Maiorijs non valet consuetudo.*

244 *Episcopns visitans non potest exigere peccuniam non obstante consuetudine.*

245 *Principis manus ligare non potest consuetudo.*

246 *Papa vt non agat sine consensu Cardinaliũ consuetudo facere non potest.*

247 *Gabella vt soluatur pro his quæ quis portat sui vsus causa consuetudo non valet.*

248 *Limitatur,*

249 *Missus in possessionem ex primo decreto quod lucretur fructus consuetudo facere non potest.*

250 *Contrarium tamen.*

251 *Distingue opi. remissiue.*

252 *Ligna, & paleas Dominus, Princeps etiam Imperatur a subditis exigere non possunt vigore consuet.*

253 *Officialium Modernorum abusus.*

254 *Archiepiscopus Capuanus Doctores iterũ examinari faciebat ad deprehendendum*

quod

quod eſſent ignorantes, & qui periti.

255 *Notarius effectus Clericus non poteſt exercere officium tabellionetus etiam ſtante conſuetudine.*

256 *Eccleſiarum, Eccleſiaſticarunq; perſonarum priuilegijs detrahens conſuetudo non valet.*

257 *Ampliatur.*

258 *Lainorum conſuetudo grauans Clericos nulla eſt.*

259 *Limitatur primo.*

260 *Limitatur ſecundo.*

261 *Conſuetudo grauoſa Clericis deficiẽtibus aliquibus qualitatibus nũquã præſcribitur.*

262 *Laicorum conſuetudo valet quoad Clericos ſi ſit fauorabilis.*

263 *Laicorum conſuetudo ſatis grauoſa nulla, ſecus ſi paruum afferret præiudicium, & ratione alij fulciretur.*

264 *Clerici tenentur in feſto purificationis de cõſuetudine dare Caudelas de cera alba.*

265 *Clericorum noſtratium obſequium verſus Laicos.*

266 *Clerici vltra modicum de rebus Eccleſiæ dare non poſſunt etiam ſtante conſuetudine.*

267 *Fructus beneficij vt quis percipiat abſens non*

non relicto Vicario consuetudo facere non potest.

263 *Princeps secularis priuilegio Clericorũ etiã de consuetudine derogare non potest.*

269 *Collectas vt soluat Clericus de bonis patrimonia libus consuetudo non valet.*

270 *Gabelllam ad solnendam Clericus per consuetudinem astringi non potest.*

171 *Clericus nullatenus coram Iudice seculari etiam per consuetudinem astringi potest aut conueniri.*

272 *Rex Angliæ non habet iurisditionem in Clericos licet aliter se habeat consuetudo.*

273 *Clericus in minoribus ordinibus constitutus gaudet fori priuilegio etiam si in habitu non incedat stante consuetudine ibi num. 274. secus ox dispositione Concilij Trident. nu. 275.*

276 *Laicus ut in oratorij recipiat oblationes nisi ad Ecclesiæ reparationem, vel aliquem honestum vsum consuetudo facere non potest.*

277 *Prælatus vt possit res Ecclesiæ alienare sine consensu Capituli non valet consuetudo.*

278 *Prælatus vigore consuetudinis potest expedire negocia sine consensu Capituli.*

Error

279 *Error Luc. de Penn.*
280 *Laici non poſſunt alienare bona Hoſpitalis vigore conſuetudinis.*
281 *Laici nõ poſſunt derogare iuribus Clericorũ.*
282 *Laicorum ad conſilium ſequendum conſuetudo Iudicem Eccleſiaſticum arctare non poteſt in Eccleſiaſticis.*
283 *Clericus non poteſt bona mobilia etiam, acquiſita intuitu Eccleſiæ relinquere conſanguineis uigore conſuetudinis.*
284 *Spoliorum ſubſtituti abuſus.*
285 *Beneficia plura intitulata maxime ſuprema & duplicia in vna Eccleſia tenere probibitum eſt.*
286 *Canonicatum, & præbendum cum dignitate vel perſonatum in vnæ Eccleſia tenere per oonſuetudinem licitum eſt.*
287 *Subreptio colligitur non facta conſuetudinis Eccleſiæ ſuper beneficijs tenendis mentione vnde ex hoc gratia redditur nulla.*
288 *Beneficia plura eurata ſeu aliàs in comparibilia tenere non licet etiam vigore conſuetudinis.*
289 *Præbendas duas quis habere poteſt in vna Eccleſia ex diſpenſatione Papæ non tamen ex diſpenſatione Epiſcopi, & quæ ſit ratio nu. 290. & 291.*

Epiſcopi

292 *Episcopi alias Hyspaniæ osculabantur manus Regum de consuetudine quæ mala est,*

293 *Prælatus sine licentia superioris non potest dimittere Prælaturam etiam vigore consuetudinis.*

294 *Canon.ca portio pro funeralibius Ecclæsiæ parochiali vt non debeatur consuet udo non valet.*

295 *Clericus quod respondeat coram nō suo Diæcesano non valet consuetudo.*

296 *Beneficia plura habens vt consequatur distributiones. si interest diuinis in altero ipsorū consuetudo inducere non potest.*

297 *Præbendis de duabus si quis fuit prouisus per Papam in eadem met Ecclesia non habet beneficium præcipiendi in absentia destributiones vigore consuetudinis.*

298 *Honestati repugnans consuetudo non valet.*

299 *Lupantioni ut quis comparere teneatur consuetudo non valet minusq; præceptum Domini inuitantis subditos ad tripardia.*

300 *Communione quod quis perpetuo stare teneatur consuetudo non valet licet ad*

tem,

tempus valeat.

301 *Consilium indeliberatum etiam a sapiente emanatum, quod quis sequi teneatur consuetudo facere non potest.*

302 *Dissipare vt quis possit bona sua, & cum vicio consumere, & ad aliena habere regressum illaq; vsurpare consuetudo non valet.*

303 *Clerici quod non nisi certæ nationis instituantur in Ecclesijs consuetudo facere non potest.*

304 *Clerici ignobiles, & non multæ scientiæ vt a præbendis repellantur an valeat consuetudo.*

305 *Clericus ut recipiat modicum quid qnod ad se & suos sustentandum non sufficiat consnetudo valeat,*

306 *Vxoris adultero ut dentur certa bona consuetudo facere non potest.*

307 *Canonicis quæ obuiat institutis consuetudo non valet.*

308 *Clericus etiam in sacris constitutus vt possit exercere spectantia ad Episcopum, vt est sacramentum confirmationis ministrare, consuetudo facere non potest.*

309 *Episcopalis ordinis quæ sunt non possunt acquiri per inferiorem ex consuetudine*

vetu-

vetustissima.

310 *Interdicto generali vt Ecclesia pulset cam panas non potest facere consuetudo.*

311 *Ampliatur vt nec etiam submissa voce dicto tempore celebrari possit.*

312 *Dignitatem absq; superioris licentia dimictere non potest quis etiam vigore consuetudinis, & cum fuerit adeptus sic electus non potest administrare absq; confirmatione superioris.*

313 *Electus absq; confirmatione administrare re potest minora beneficia stante consuetudine.*

314 *Electus absq; confirmatione administrans excusatur a priuatione beneficij in beneficijs minoribus non autem in maioribus stante consuetudine.*

315 *Electus plenum ius consequitur stante consuetudine absq; confirmatrone in minoribus.*

316 *Capella Sancti Fidelis in Patria Auctoris est ita parui redditus vt electus ad eam nunquam consueuerit confirmari.*

317 *Iurvmentum calumniæ ut non præstatur a par-*

a partibus consuetudo non valet,

318 *Veritatm indagandam consuetudo impediens nulla,*

319 *Iuramentum calumniæ remitti potest per Rescriptum cum Clausula non obstante sicut tacito per partes.*

320 *Animarum saluti contraria consuetudo non valet.*

321 *Sanctorum Patrum statutis repugnans consuetudo nulla est.*

322 *Probationi plenæ, vt non stetur non valet consuet.*

323 *Probationem requirens consuetudo plenam, & vlterius iuriamentum non valet.*

324 *Iuramentum sine causa quis subire non tenetur, quando aliter fuit probatum.*

325 *Materno a genere vt quis denominetur non valet consuetudo.*

326 *Materna ex progenie quis Nobilis censeri potest.*

327 *Ambitiosa consuetudo cassanda est.*

328 *Vendere consorti, vt quis teneatur non valet consuetudo.*

329 *Legi præceptum continenti repugnans consuetudo non valet.*

330 *Lex consilium continens tollitur contraria consuetudine.*

331 *Missæ post celebrationtm Sacerdos ex Canone consilij cibum statim sumere non debet ab reuerentiam tamen contrari a consuetudo tenet, & peccatum ne quidem ueniale in curritur.*

332 *Laici fieri spiritualium capaces consuetudine non possunt.*

333 *Fiscalo ius absorbens consuetudo non valet.*

334 *Lex habens perpetuam causam prohibitionis contraria consuetudine non tollitur.*

335 *Matrimonium cum sponsa fratris licitum non est.*

336 *Cultus diuini diminutioni occurrens consuetudo ulla est.*

337 *Moniales vt a malis moribus non reformentur non valet consuetudo.*

338 *Moniales pro ingressu aliarum monialium solent licet minus licite certam pecuniarum quantitatem recipere.*

33 *Scandalum generans consuetudo inualida.*

340 *Calumnias excitans consuetudo inualida est.*

341 *Voto, & religioni obstans consuetudo non valet.*

342 *Quartarum distributiones quæ debent fieri de bonis Ecclesiæ consuetudo minuens*

ens non valet.

343 *Iusticiæ repugnans consuetudo non tenet.*

344 *Papa vt eligatur per laicos non valet consuetudo sed superfluum est hodie ambigere nu. 345.*

346 *Consuetudines irrationabiles non præscribuntur,*

347 *Consuetudines quo plus durant magis grauant animam.*

348 *Praua consuetudo non derogat iuri communi.*

349 *Vestimentum consuetudinis est ratio.*

350 *Irrationabilis consuetudo non vestita dicitur, sed nuda & frigida.*

351 *forma consuetudinis rationabilitas est.*

352 *Irrationabilis consuetudo dicit vvlex mortis ideoq; extirpanda nu. 353.*

354 *Male consuetudines non dicuntur consuetudines.*

355 *Malæ consuetudines ab impijs priuilegia reputantur.*

356 *Animæ periculum continentes consuetudines delendæ.*

357 *Princeps, qui malas consuetudines non tollit pari, delicto inuoluitur.*

358 *Malæ consuetudines augent non leuigant crimen.*

373 Car-

373 *Carcerem priuatum an exercere liceat per consuetudinem.*
374 *Peccati excusationem præstat consuetudo secundum vnam opi. quæ falsa est.*
375 *Vxores plures habere an liceat, & an hodie.*
376 *Alciatus laudatur.*
377 *Doctorum Præsentantium scholares in doctorando & iuramentum subeuntium consuetudo.*
378 *Petri Philippi Matthioli laus.*
379 *Prauæ consuetudines liberant a culpa si sint præscriptæ, licet nona peccato;*
380 *Ampliatur primo.*
381 *Ampliatur secundo, Contrarium nu. 382, Concordantur opi. nu. 383.*
384 *Tirannica consuetudo non defendit, a culpa,*
385 *Praua consuetudo si in alijs excusat non tamen in nefando vicio.*
386 *Praua consuetudo particularis personæ potius auget delictum.*
387 *Praua cnnsuetudo non excusat etiam a pœna temporali in simonia, & prauitate.*

QVESTIO SEXTA.

VLTRA prædicta etiam exigitur rationabilitas in consuetudine, quoniam illla debet es
1 se † rationabilis d. c. fin. de consuet. Natt. in c. dilecto nu. 27. de off. Archid. in c. postulasti nu. 2. de fo. compet. in c. dilectis nu. 4. de App. in c. extirpandæ nu. 8. de præben. in c tuas inprinc. de spons. duorum in c. omnis nu. 19. de pœnit. & remiss. Henr. Boich. in c. Abbate nu. 16. de Verb. sign. Luc de penn. in repet. l. Vni. nu. 9. C. de collat. donat lib. 10. Aym. cons. 952. quæstio triplex nu.
2 19. lib. 5 & quod sit forma † consuetudinis rationabilitas voluit Petr. de Rauen. de consuet. nu 107. Rationabilis autem dici-
3 tur † consuetudo quæ non est contra legem diuinam, gentium, seu positiuam, tanto magis quando cohæret alicui ipsarum, vt per eundem vbi supra nu. 31. & secundum Raph. Fulgos. cons. 155. proponitur quod in Ciuitate nu. 3. Rationabilis dicitur consue-
4 tudo, quæ non sit † Canonibus vel legibus
5 improbata, irrationabilis † namq; dicitur mala vt per ipsos supra citatos, & voluit

Turr.

Turr. Crem. in in. c. vſus auctoritatis. 11. diſtinct. Et id quidem quattuor modis † cõtingere poteſt prima eorũ perſona inhabili, quæ conſuetudinem vult inducere, ſecundo experſona, contra quam inducitur, tertio ex re ſuper qua inducitur, quarto ex temporis modicitate luc. de penn. in l. Domini nu. 5. C. de Agric. & Cenſit lib. 11. Petr. de Rauen. de Conſuet. nu. 180. de primo eſt tex. in c. quanto de Conſuet. de ſecundo tex. in c. ſi conſuetudinem, c. qui contempta, &c. c. fin. 8. diſtinct. de Tertio in c. cum non licet, &c. c. ex officij de præſcript. de quarto, & vltimo tex. in d. c. fin. de Conſuet. &c. c. cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

7 Declaratur in Conſuetudine † contra ius Alex. conſ. 196. viſo teſtamento ſub nu. 13. uerſ. & Ioannes de Imola lib. 2. Corn. d. conſ. 155. col. 1. verſ. ſecundo reſpondeo lib. 1. Hig. d. conſ. 25. nu. 31. Socc. ſen. conſ 92. In cauſa Domini Antonij nu. 14. lib. 3. Socc. iun. conſ. 4. Viſo Themate nu. 17. lib. 4. & ibi ſubdit quod requiritur
8 quod ſit rationabilior lege † contra quam inducitur, & quod conſuetudo contra ius
9 maxime † Canonicum aliàs veniat reprobanda.

banda nisi sit rationabilis voluit Card. Floren. in c. 1. nu. de pœnit. & remiss. Præpos. in c. scit Sāta nu. 3 12. distinct. Io. Ceph. cons. 299. Magnificus & Ex cellens uu. 19. lib. 2. nisi tamen esset consuetudo vniuersa-
10 lis contra Canonem † quia illi absq; alio derogat quando eam Papa scit, & tolerat, Præpos. c. his temporibus. 77. dictinct. li-
11 cet alias absq; eo quod sit vniuersalis † debet esse, rationabilis etiam, quod sciente Principe inducatur Rocch. d. c. fin. nu. 241.
12 Quodq. consuetudo si sit contra † ius præsumatur irrationabilis voluit Aret. cons. 44. in proposita nu. 2. Natt. cons. 158. post superiora scripta nu. 3. lib. 1.

Limitatur supradicta conclusio, vt non
13 procedat in consuetudine contra ius † Ciuile: quia non requiritur vt sit rationabilis, bene verò debet esse rationabilis, quæ est contra ius Canonicum secundum Corn. d. cons. 293. sub nu. 3. vers. & licet consuetudo lib. 1. ideoq; dicebat Bal. notanter in d. l. de quibus nu. 96. quod valent consuetu-
14 dines, quod omnes molere † volentes teneātur venire ad meum molendinum, & quod omnes emere volentes ligna teneantur venire ad ad nemus meum, & tamen ibi dicit

quod

quòd hæ consuetudines non sunt rationabi les: quia tamen sunt inductæ contra huma na statuta, sufficit quod fuerint inductæ ex certa scientia Populi, & prędicta absq; difficultate procedunt inter Laicos, nō autem inter personas Ecclesiasticas, & non mirum quidē si de iure Canonico requiritur ratio-
15 nabilitas in consuetudine: † quia quod est rationabile defendit Ecclesia c. fin. 33. distinct. &c. c. si qui sine 81. distinct. 16. quic-
16 quid indistincte † tenuerit Præpos. c. in his nu. 10. 11. destinct. dum dixit consuetudinem non posse induci contra legem tanquā irrationabilem, & Rocch. d c. fin. nu. 242. qui etiam in consuetudine contra ius Ciuile requirit rationabilitatem adesse.

17 Limitatur secuudo in consuetudine † im memorabili, quæ sit tam contra ius Ciuile quam contra ius Canonicum, dummodo non foueat peccatum: quia non requiritur vt ea sit rationabilis Card. Paris. cons. 27. in præsenti consultatione nu. 52. lib. 1. secundum vnam opinionem, sed immo aliud
18 est, si esset † irrationabilis: quia illa cōtra ius Canonicū etiā per tēpus immemorabile nō induceretur Ruyn. cons. 155 quia de iure Prælationis nu. 12. lib. 4. Rol. a vall. cōs. 3.

quod

quod Nobilibus Florētiolæ nu. 46. lib. 2. li-
19 cet bene valeret si esset † cōtraius Ciuile etiā
si esset triginta annorū Aret. d cōs. 44. col.
vers. amplius dixit, & cōs. 95. respōdeo, bre
uiter sub nu. 7. uers. vnde talis cōsuetudo &
a prædictis non discordat Paris. vbi supra.
25 Intellige principalem † hanc conclusio-
nem vt sufficiat ratio persuasiua etiam quā-
do non haberet rationem vigētem Bellem.
decis. 339. consuetudo non potest ad fi. &
in summa quando dicatur rationabilis con-
21 suetudo † cum certa regula dari non possit,
Iudicis arbitrio relinquitur, Petr. de Rauen.
de consuet. nu. 135. Roch. d. c. fin. nu.
204. Dec. in c. 2. nu. 41. de probat. Meno-
ch. de Arb. Iud. d. casu. 82. nu. 2. quibus
addo Turr. Crem. in c. in his nu. 5: uers. &
hoc etiam 11. distinct. & in c. sicut nu. 3.
vers. sciendum 4. distinct Imol. c. cum cau
sam nu. 13. de Elect. Host. c. ex parte nu.
11. de Consuet. Præpos. d. c. frustra nu. 2.
8. distinct. luc. de penn. in repet. l. Vni. nu.
9. C. de Collat. donat. lib. 10. Distinguet
22 autem Iudex, quando regulare † voluerit
eius arbitrium a iure sibi concessum, vt ra-
tionabilem consuetudinem censeat eam,
quæ a Iure approbatur, & quam Romana
Ecclesia

Eccleſia ſeruat, & quæ non ſit contra fidē, Turr. Crem. in c. ſicut ſub nu. 3. verſ. ſciendum 4. diſtinct. item & quæ Canonicis non obuiet inſtitutis, vel quam ius ſuſtinet contra leges, & rationes luc. de Penn. in repet. d. l. Vni nu. 9. & quando non ſit contra ius præſumat eam ſemper rationabilem, niſi probetur eſſe irrationabilis. In dubio autem
23 conſuetndo præſumitur bona † & rationabilis Petr. de Rauen. de Conſuet. nu. 65. & quam maxime ſi ſit præter ius in qua non
24 requiritur † rationabilitas, ſed in ea quæ contra ius eſt Rocch. d c. fin. nu. 209. Bal. in c. cum veniſſent nu. 5. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. reſeruan. Præpoſ. d. c. fruſtra. nu. 2. & per Mant. conſ. 231. ex forma ſtatutorum nu. 48. Conſuetudo etiam diſponens
25 idem quod ius antiquum correctum † præſumitur rationabilis Rocch. d. c. fin. nu. 207. Quemadmodum ſi ſit contra ius præ-
26 ſumitur, irrationabilis † Ant. d. c. fin. nu. 14 verſ. ſi eſſet dubium, licet quandoq; cōſuetudo etiam iuri contraria poteſt eſſe ra-
27 tionabilis, vtpote quam ſoli prælato † ſeu ſoli Capitolo competat ius aliquod expediendi, vt facilior ſit expeditio rei agendæ licet de iure contrarium teneatur Imol. d.

c. fi n.

c. fin. nu. 44 Card. Florent. d. c. 1. nu. 2. de pœnit. & remiss. Præpos. in c. illa nu. 5. 12. distinct. vbi valer consuetudo contra
28 ius positiuum inducens ieiunia † quando fit rationabilis. s. si in aliquibut Terris vbi non sint pisces, neq; oleum sed sunt sterilia, & & montuosa, comedant omnibus diebus ieiuniorum, & etiam in Quadragesima oua, & Lacticinia Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 168. Præpos. c. scit Sancta nu. 3. 12. distinct. Rationabilitas ergo quæ circa
29 tria † versatur s. vt relligioni conueniat, disciplinæ congruat, & saluti proficiat Sm̄ Rocch. d. c. fin. nu. 213. multum operatur in consuetudiue vnde præterea, & tria alia s. tempus actuum frequentiam, & Populi consensum supra enarratum nil aliud re-
30 quiri † dixit Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 7. neq; requiritur titulus nec bona fides Ant. d. c. fin. nu. 48. Calder. cons. 8. an in Consuetudine in princ. de Consuet. Pancir. cons. 51. Nobilis Dominus nu. 16. lib. 1. vbi quod
31 vltra quid non requiritur † titulus, nec bona fides dicit in codsuetudine minus exigi
32 superioris † licentiam, quod & ante eum uoluit Io. Franc. Purpur. cons. 205. in hac causa nu 9. lib. 1. & supra late tetigi, sed vt Iudex

dex etiam irrationabiles cõsuetudines præcauere possit subijcio capita plura ex quibus irrationabilis redduntur consuetudines, primo nanq; irrationabilis † dicitur consuetudo, quæ fouet fraudes malitias & falsitates ac delicta Turr. Crem. in c. vsus auctoritatis 11. distinct. & pro hoc faciat consuetudo hodierna apponendi nomen filij Præ defuncti alteri filio nascenti quoniam ex hoc sit fraus in ordinationibus Clericorum, & excusationibus ab oneribus: quia eliciunt ex libro Baptismi fidem circa ætatem, & extrahi faciunt nomen illius defuncti, & sic admittuntur & excusantur respectiue vt plurimum, & hoc sæpius vidi in facto contingere, & hæc sit prima illatio.

33

Infertur secundo vt non valeat consuetu-
34 do quòd in instrumentis † non apponatur dies neq; locus Roman. in l. de puppillo §. qui nunciat ff. de no. op. nunc. & ibi etiam Modern. ad Alex. in glos. 1. Andr. Barbat. ad Bal. in l. optimam col. 1. uers. per veram scripturam. C. de Coutrah. stipul. felin. c. 1. nu. 6. de fi. instr. Dec. 12. nu. nu. 55. de probat. Corn. cons. 60. in hac consuetudine sub nu. 4. uers. & per Dominos iib. 4. Nart. cons. 575. subtiliter, & acute nu. 31. lib. 3.

Card.

Card. Paris. cons. 68. Contra & aduersus
nu.3.& 25. lib.3. Socc.iun.d.cons.4.nu.15.
lib.4.Aym.cons.116. Homines & parochia
ni nu.2.lib.1.Rol. a vall. cons.38. Marchio-
nale decretum nu.8. lib. 1.Rot.Rom. decis.
6.nota vtrum valeat de Consuet. in antiq.
quicquid in contrarium quoad locum sen-
35 serit † Io.Fabr. in §.item verborum sub nu.
3. vers.& hoc nisi sit alia consuetudo Instit.
de inutil. stipul.Alex.d.§. qui nunciat sub.
num.11. vers.ego in meis Ruyn. cons. 134.
ex duobus nu.13. lib. 5. Consuetudo nanq;
secundum rariorem opinionem non potest
36 facere vt locus † non apponatur in instru-
mento sicut nec dies vt etiam voluit Iacob.
de Sancto Georg. in d.l: de quibus nu. 53.
Rocch. d.c. fin. nu. 103. quanquam facere
37 potest ut locus † loci qui pariter de iure po-
nendus est in instrumentis non apponatur
Card Puc.decis.336. Consuetudo num va-
38 leat lib.1.sicut etiam facere potest quod † in
dictio alias requisita apponi in instrumentis
non apponatur Iacob. de Sancto Georg.
vbi supra, & in l.1.§ editiones nu. 5. ff de
Eden.prout etiam facere potest, vt non ap
ponatur in ipsis instrumentis nomen Impe-
39 ratoris † Papæ secuudum Purpur. cons. 6.
præ-

præsens causa nu. 15. lib. 1. & secundum an-
40 tiquos nomen † Consulis Petr. de Rauen. de
Consuet. nu 208. Itemq; facere potest con-
41 suetudo, vt in † instrumẽtis apponatur dies
in nomine proprio scilicet Martis, Mercu-
rij, & huiusmodi, & si hoc non seruetur
reijci poterunt instrumenta in iudicijs, Bal.
d. l. de quibus nu. 58. & ibi quod ita consul
uit Dyn. Modern. Repet. in d. l. nu. 65. Ra-
tio est: quia omissio solemnitatis a consue-
tudine requisitæ ita viciat instrumentum
sicut omissio solemnitatis iuris glos. in Au-
th. vt præpon. nom. Imper. §. erit ergo, A-
lex. cons. 37. viso dicto instrumẽto nu. 13.
lib. 3. cum concord. per Aym. cons. 216. Cõ
paratio litterarum nu. 4. lib. 3. de Mense au-
42 tem † qui pariter est de substantialibus in-
strumenti idem dicendum est quòd apponi
debent in instrumento nisi ponatur dies om
ni certitudine certus, vt in Die Natalis Do-
mini Nostri Iesu Christi, quam tunc non re
quiritur quod apponatur esse de mense De
cembris quoniam certũ est diem illam esse
de mense præfato, secus si Paschate dicti
anni: quia plures sunt, & variantur secun-
dum cursum Lunæ excepto festo Paschatis
43 † Natalis vt supra, & Epifaniæ Bar. in l. si
quis

quis ex argentarijs §. si initium in Repet. nu 23.ff. de Eden. de iure autem esse necessaria, indictionem, locum loci, testes, subscriptionem Notarij etiam signum in publicis instrumentis pro vt etiam alibi de Consuetudine voluit post plures quos allegat Aym.d.cons.216.nu.2.

Infertur tertio vt non valeat consuetudo
44 quod credatur testibus malam † rationem reddentibus, vt puta de credulitate ita post Natt. Io. Andr. & Abb. voluit Ias.in d. l. de quibus nu. 67. Dec.c. si quando nu. 27. de Rescript. & c. sicut nu. 54. de probat. &c. 1. nu. 28.de Appell. & cons. 37. in causa rigorosæ nu.6. Curt. iun. cons. 19. viso ac diligenter considerato nu. 13. Menoch. de Arb. Iud. lib. 1. q. 25. ad fi. Ratio est: quia
45 testes † de iure bonam rationem assignare tenentur c. relatum. 5. q.2.glos. & Doct.in l.2.§.item labeo ff. de Aqu. pluu. arc. & hæc in tantum vera sunt, & procedunt, vt etiam
46 si testes dicerent se credere † pro certo non probarent Bal. in l.siue possidetis.C.de pro-
47 bat nisi adijciant causam † suæ credulitatis, & originem, & sensum corporis. c. tertio loco, & c. litteris de præsumpt. quid autem sit dicendum si consuetudo extet, vt testibus

bus nullam rationem dicti ſui reddentibus credatur an valeat Iaſ in l. cum his §. vult igitur ff. de Tran. Sact. Nott. Io. Andr. Ant. & Abb per ipſum relatum tenuit negatiuã. & Dec c. ad noſtram nu. 3. de probat. licet contrarium tenuerit ibi nu. 4. ea ratione motus: quia valet (inquit ipſe) dictum teſtis licet nulla ratio reddatur per ipſum, ſed
49 pace tam præcellenris † uiri fundamentum eius parum ſtringit in propoſito contra primam opi. quinimo recte conſiderendo ipſam confirmat, & antequam ad reſponſionem ipſam condeſcendum præmit-
50 to quod † caſus debet eſſe ſemper ſuper dubltabili l quod labeo ff. de Carb. edi. quo ſtante dico quod Doct. ex aduerſo allegati loquuntur in caſu dubitabili ſcilicet quãdo de iure teſtis tenetur reddere rationem di-
51 ctu † ſui etiam non interrogatus quod euenit quondo interrogarur de his quæ non cadunt in ſenſum teſtis directo ſed in iudiciũ rationis, & per obiectum intellectus, vt probant Bar. Bal. Ang. Salic. Paul. Caſtr. & alij in l. ſolam C. de Teſtib. vbi exemplifi-
52 cant † in dominio, famaq; ſuper qua idem Aug. vbi ſupra dicit vidiſſe ſemel iudicari vt de cauſa, & perſonis a quibus habuit

ortum testes deponant etiam non interroga
53 ti, idem super † Miraculis Bal. in c. Venerabili de Testi. Domin. de Sancto hemin. in c.1.nu.9.de confess. lib.6.item quando su-
54 per † consuetudine vt infra dicetur, & voluit Alex.cons. 136.viso & examinato processu nu.10.lib.1. & ibi etiam subdit idem
55 esse in probanda † proscriptione, & notorio quicquid in contrarium in consuetudi-
56 ne tenuerit Rocch. † d. c. fin. nu. 615. vbi quod testis non interrogatus non tenetur non tenetur assiguare rationem super consuetudine,& si non assignat adhuc probat,
59 item ubi agatur de probando † tabellione felin. c. cum causam nu. 4. de testi. item in
58 Criminalibus † Alex. cons. 15. viso processu inquisitionis nu. 6. lib. 1. item in proban
59 da † infamia, in reputatione instrumenti, furiositate seu dementia, interesse, negatiua,negligentia,mora per verbum scire,& super non inculpabilitate, ita Ias. in d. §. vult igitur nu.3.cum sey. & super his omnibus vide Socc. sen.reg.401. & sel. item improbatione
60 † defensionis Bar. cons. 110. uers. modo queritur lib. 1. item in aliquo facto
61 † de nocte Ias. in l.si non speciali nu. 10. C. de testa. & sic de alijs quæ non prosequor

ex

ex quo secundum Castr. in d, l. solam ad fi.
62 materia † ista est magis practicabiles & vtilis quam subtilis.

Redeundo igitur ad propositum a quo digressus sum, si secus esset, corrigerentur
63 dicta iura quorum tamen correctio † vitanda est l. præcipimus C. de App. & etiam resultaret absurdũ scilicet quod in eo quod ius disponit non valeret consuetudo si. n. de iure vt supponit Dec. & extat regula quod valeat dictum testis licet nulla ratio allegetur, qranto fortius debet valere consuetudo huic iuri couformis, vt supra dictum est si ergo ita intelligendi sunt Doct. ex aduerso allegati non confert fundamentnm Decij vt tacite ipse fatetur sub nu.7 uers dictum tamen Petri vbi indictis casibus admictit verum quod Petrus dixit vnde ad quid deseruit in casu ipsius Decij consuetudo nisi scilicet quando testis non tenetur rationem dicti sui adducete si ita ius disponit nisi de uento, solum Dec. saluando Petrum si ipsum confutauit putauit fortasse vt melius sit nullam rationem adducete quam quod ineptam & ridiculam contra id quod elicitur
64 † ex not. per gloi. in l. Eunucchis. C. qui testa. fa. poss, Pro comprobatione autem pri-

mæ opi. licet ex abundanti ex quo opi. Decij non obstat dico quod quemadmodum, vt supra dictum est communi Doct. voto nõ tenet consuetudo adhibendi fidem testibus malam rationem reddentibus idem dicendum est si nullam in terminis de quibus su-
65 pra afferrant; Equiperantur enim ista † esse sine effectu, & non esse l. binas ædes ff. de seruit. Vrb. præd. & tamen validum est ar-
66 gumentum † ab equiperatis Bal. l. Conventicula C. de Episc. & Cler Præterea cum te-
67 stis qui † in casibus in quibus tenetur afferre rationem, eam non adducens dicitur deponere vt pecus non autum vt homo idẽ Bal. in l. edita in repet. & lect. Paduana uers. interdum contingit. C. de Eden. quantum conueniat consuetudinis requisitum non dico quodq; testis tenetur reddere rationem Consuetudinis etiam non interrogatus
68 † voluit Aym. cons. 566. Fratres Prædicatores sub nu. 4. uers. id quidem in lib. 4.

Infertur quarto non valere consuetudi-
69 nem, vt credatur omni scripturæ † mercatoris cum sit causa falsum cõmictendi contra l. conueniri C. de Pact. dotal. ita Bal. in l. Vni :sub nu. 6. vers. si autem consuetudo. C. de Confess. Ias. d. l. de quibus nu. 78. Iacob.

cob. de Sancto Georg. in l. quædam ſunt §. Nummularios nu.2. ſſ: de Eden. Alex.conſ. 3. in cauſa & lite veriente nu. 6.lib. 2. Aret. conſ. 45. uitis articulis ad fi. Cepoll. conſ. crim. 39. lucius nu.49. Iaſ.conſ.103. in hoc paſſu breuiter uu. 4.lib. 1. Mandell.conſ.95. tria videntur poſt Princ. Rocch d.c.fin.nu. 106. Catell.Cott. in memor. in uerſ. conſue tudo indiſcreta, Aym.de Antiq.temp.prima par.uerſ. Viſo nu. 32. habr. Saray ad Mattheſ. ſing 51. nota quod Conſuetudo col.1.

70 Limitatur primo † niſi diſponat quod accedente conſcientia Iudicis credatur huiuſmodi ſcripturis idem Iacob. in d. §. nummularios.

71 Limitatur ſecundo † niſi conſuetudo diſponat quod libris in genere pleniſſime credatur: quia valebit ſecundum Io Mar. Rimin. conſ.338. in cauſa prudentis viri nu. 18. lib. 2.

72 Infertur quinto † non valere conſuetudinem vt contra probationem teſtium, alia probatio teſtium fieri non poſſit: quia impediretur detectio veritatis Rocch.d. c. fin. nu.103. ob quam etiam rationem nu. 108. licet inferat non valere conſuetudinem vt
73 publicatis atteſtationibus † recipiantur te-

stes tamen dubitat & credit valere huiusmodi consuetudinem tanquam quod det materiam ad reperiendum veritatem, & relinquit hoc cogitandum, Verum quoniam daretur ante fabricandi potius falsum sentio contrariam opi. fore veram, de quo tamen remicto me ad tradita per Ant.Gabr. concl. lib. 1.de testibus concl. 21. limit. 37.

74 Secundo irrationabilis † & sic inualida dicitur consuetudo quando est contra substantialia actus Felin. c cum m. Feraniensis nu. 71 de Constit. & maxime quando innititur naturali rationi Curt. sen. cons. 49. memoriæ recolendæ nu. 93.

75 Inferiur primo † quod cum de substantialibus appellationis sit de minori ad maiorem appellare l. 1. §. si quis in appellatione ff. de Appell. glos. in c. 2. de consuet. lib. 6. Ruyn.cons. 144. Visis his, quæ in Themate nu. 16. lib. 4. non valebit consuetudo vt de

76 maiori ad † minorem aut parem appelletur. Iuri.n.& equitati esset contraria, quæ suadent non debere impediri iurisditionem superioris Bal.c. dilecti nu. 3.de Appell. Natt. cons. 179. Viso themate nu. 22. lib. 1. Aym. cons. 771. in controuersiam reuocantur col. 1. lib. 5.

Sub

Subinfertur non valere consuetudinem vt
77 a Delegato Papæ † appelletur ad legatum de latere: legatus Papæ in causa sibi commissa est maior legato de latere ita in consuetudine de appellando a Conseruatore ad legatū respondit Anch. cons. 132. in primo dubio pri ma facie nu. 2. Ruyn. cons. 3. circa illud de quo quæritur nu. 3. lib. 4.

Subinfertur secundo non valere consuetu-
78 dinem vt a Vicario Episcopi † appelletur ad Eiscopum ipsum Rocch. d. c fin. nu. 229. Turr. Crem. in c. cuncta nu. 4. 9. q. 3. Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 33. & ratio est in prõptu: quia Vicarij, & Episcopi idem tribunal est & Auditoriū quoad causas, quæ deuoluitur vigore ordinarij iurisdirionis ipsius Episcopi non autem quoad eas; quæ aliunde proueniunt, ideoq; si causa sit commissa Epi
79 scopo Vicarius nõ potest cognoscere † Socc. sen. cons. 39. Capio primum consultationis articulum nu. 30. lib. 4. In casu enim voluntariæ iurisditionis ita voluit Abb. in c. fin. nu. 4. de Præcar. Dec. in c. referente nu. 10. de præben. &. c. dilecti 3. nu. 21. de Appel. Rol. a uall. cons. 75. In isto crimine heresis nu. 17. lib. 3. Io. Piccard. inter cõsilia Menoch. cons. 52. dubia semper quæstio fuit nu. 18.

Pedem. decis. 131. Decreto Astensi nu. 16.

Subinfertur tertio in sententia lata ab Au-
80 ditore alicuius Gubernatoris † vt ab eius sententia etiam vigore consuetudinis non possit appellari ad ipsum Gubernatorem Bero. cons. 80 circa dubia proposita nu. 15. lib. 3. Io Bapt. ferrett. cons. 292. dum essem in Ciuitate Bononiæ nu. 3. lib. 2. & ibi loquitur etiam si appellatum fuisset tanquam ad locumtenentem licet sententiam tullisset tanquam auditor: quia inquit esse eandem personam, & hæc non tantum procedunt de iure Canonico, verum etiam de Iure Ciuili in Vicario alicuius Domini nedum in Vicario Episcopi: quia pariter iure Ciuili respecto censetur idem Auditorium ipsius & Domini Bar. & Ang. in l. præcipimus. C. de
81 Appell quicquid dixerit † Bal. in l. a procõsulibus vers. in textu ibi C. eo. tit. quem reprobat Dec. in c. dilecti sub nu. 30. uers. & tenendo eo. tit. Didac. Couar. lib. Pract. quæst. cap. 4. concl. 5. prope fi. vers. quod vero.

82 Limitatur in Vicario foraneo † qui in aliqua parte alicuius diocesis constitutus sit, tunc. n. etiam cessante consuetudine appellatur ab eo ad Episcopũ Io. Andr. post Inn

& Host.

& Hoſt.in clem.2 in verſ.foraneo de Reſcript.&hanc magis cõmunē opi.firmat.Couar. vbi ſupra uerſ. eſt & ad idem Iacobin. in ſua Inueſtitura in uerſ. Vicarius.

Ampliatur dicta limitatio vt ſi ſit abſens
83 † Epiſcopus poſſit appellare, a dicto foraneo ad Vicarium Epiſcopi quando tamen abeſt in loco remoto ita in cauſa commiſſa per Epiſcopum vnico Canonico quod idem eſt: quia ambo Delegati voluit Pett. de Rauen.de Conſuet. nu. 239.

Limitatur ſecundo ceſſante ſimiliter con-
84 ſuetudine in Vicario Papæ † quia licet a ſententia Papæ qui Vicarium conſtituit non detur appellatio tamen a dicto Vicario ad Papam appellari poterit, & hoc valde not. reputat Dec. in d. c. dilecti ad fi. de Appell. Quod autē dictū eſt de Papa intellige non
85 procedere † quando ferret ſententiam ex relatione alterius. & ita in quolibet a quo nó appellatur regulariter Roman. conſ. 521. circa prepoſitam in princ Socc. ſen. conſ. 195. Circa primum Conſultationis articulum nu. 5.lib.2.vbi dicit ita obtinuiſſe in Ciuitate ſenatum Dec.c.intimacti col.fin.uerſ. ſed aduertendum eſt de Appell. Rip. in c. 1. nu. 14.de Reſcript.

Decla-

86 Declaratur † vt principalis hæc conclusio procedat nisi consuetudo miuorem aut parem faceret maiorem: quia tunc valeret cōsoetudo vt de maiori ad minorem aut, parem appellaretur fe in. in Rubr. de Appell. col. 1. uers. & dum Abbas dicit, vbi etiam Dec. nu 11. cum seq ibiq; etiam addit Gig: in uer. secus si ad maiorem sequitur hanc declarationem; idem Dec. in c. referente nu. 13. de preben. vbi refert. consuetudinem
87 Pisanam † vt scilicet de Capitaneo, qui habetur ibi maior appelletur ad Potestatem.

Supra dictum est de consuetudine circa substantialia actus dispouente quod non valet, sed quid erit dicendum de consuetudine aliquid inducente circa accidentalia ut
88 puta: quia non appelletur gradatim † sed omisso medio contra. l. Imperatores de Appel. & c. Romana eo. tit. lib. 6. & quidem consuetudinem hanc valere dixit Abb. in Rubr. de Appell. nu. 2. Roech. d. c. fin. nu. 233. Socc. sen. reg. 23. fallen. 6. vbi etiam ponit alias 13. fallentias ad d. c. romana & d. l. Imperatores felin. c. super quæstionum §. porrò sub nu. 14. vers. fallit nisi consuetudo, & inibi etiam ipse ponit quamplures limitationes de off. deleg. Murant. de ord.

Iudic.

Iudic.6.pa.2.actu princ.5.limit.in 374. ubi habentur aliæ limitationes Dec.c. referente nu.8.de præben.Bero. conſ.25. viſis & diligenter conſideratis nu.30.lib.3.

89 Tertio irrationabilis † dicitur conſuetudo,quæ remittit ſolemnitates a iure Canonico requiſita in alienatione rei Eccleſiaſticæ ita poſt Inn. Abb. Roce. Curt. & Beninten. voluit Franciſ. Viui communium opi. lib.2.opi. 76. conſuetudo non tenet cui addo Salyc.in Auth. hoc ius porrectum ad fin. C.de Sacros Eccleſ.Socc.ſen. conſ. 29. Viſo quodam inſtrumento nu.26.lib.1. Io. Bapt. Ferret. conſ. 248. In cauſa conceſſionis nu. 30 lib.2.ſed fortius dico quod immo neq;

90 † etiam diminuere poteſt dictas ſolemnitates ne dum tollere poteſt Iacob.de Sancto Georg.in l.2. §. eam tranſactionem nu. 5. ff.

91 de Tranſact. ſecus in ſolemnitatibus † inductis per d. Auth. hoc ius porrectum Roc ch.d.c.fin.nu.468. Ideoq; ſtante conſuetu-

92 dine non requiritur ut res exponatur † venalis: quia eſt ſolemnitas iuris Ciuilis non tradita in c. ſine exceptione 12.q.2. ſed per alleg. Auth.hoc ius porrectum Iaſ. in d.l.de quibus nu. 62. vbi cõmunem opi. enunciat & ibi etiam ſub declarat in conſuetudine indu-

inducta per Clericos non autem per laicos, & ante ipsum licet de eis mentionem non faciat tenuerunt hoc idem Abb. in c. nulli col. 2. vers. ad secundum dubium de reb. Eccles. alienan. & Bar. in d. Auth. hoc ius porrectum nu. 18.

93 Limitatur † pluribus modis ut per felin. in c. cum causa nu. 11. usq; ad nu. 25. de re iud. Fabian. de Monte in tract. de Empt. & uendit. quinta q. princ. nu. 116. usq; ad fi Ruin. cons. 156. primo uidendum est nu. 7. lib. 4. Dec. cons. 124. placet mihi col. 2. uers. quarto etiam. Nec tamen prætermiserim quod obiter se, offert ad præsens scilicet quod & si in minoribus ut alienent requiratur decretum Iudicis, & aliàs non valeat alienatio, tamen consuetudine induci potest ut

94 † alienatio absq; decreto facta in his ualeat Ang. in l. diuturna ff. de legi Rocch. d. c. fin. nu. 469.

95 Quarto irrationabilis † dicitur consuetudo, & sic inualida qua quis inducitur ad peccandum Host. c. extirpandæ nu. 9. de Præben. Turr. Crem. in c. mala 8. distinct. Abb. c. ex parte in princ. de Consuet. Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 91. luc. de penn. in l. quoties nu. 34. C. de dignit. lib. 12. & ea etiã

quæ

quæ seruari non potest absq; peccato mortali idem luc. de penn. in l. super creandis nu.4.C. de Iui fisc.lib. 10. & dicit Ant. in d. c fin. nu. 8. qnod quando consuetudo
96 non nutriat peccatum † potest esse contra ius naturale,& est valida, aliàs secus Card. Paris. cons. 68. dubium exoritur nu. 52. lib. 4.

Infertur primo ad consuetudinem ut
97 vt non valeat quod dos soluto † matrimonio non restituatur vxori:quia cogeret mulierem ad fornicandum, & remaneret indotata contra publicum fauorem Henr. Boich. in c. donatio nu. 7. de donat. inter uir.& vxo. Immo fortius consuetudo non
98 potest tollere ius Hypothece † vxori competens Host.c.ex literis nu.2 de pign.

Infertur secundo non valere consuetudinem quod Aduocati non debeant iura
99 re † de calumnia, nam si non valet consuetudo quod partes non iurent de caiumnia
100 † vt dicetur infra, & voluit Rocch. d.c fin. nu. 107. &. c. cæterum de Iur. Calumn. multo minus valet qnod Aduocati non iurent: quia ipsi melius nouerunt calumniari quam partes iaquit Iacob. de Sancto Georg. in l.rem non nouam nu.9.C.de Iudic.

dic. ubi licet Aduocatos mordere videntur, inquit contrarium de consuetudine seruari, & passim receptum est in practica.

Infertur tertio non valere consuetudi-
101 nem † confitendi peccata publice: quia detegerentur adulteria, & alia multa mala, ex quibus inimicitiæ, & multa detestanda orirentur, & peccata fierent Turr. Crem. in c. quamuis in princ. de pœnit. distinct. 1. & ibi ponit aliquas notabiles rationes, &
102 quod confessio, quæ publice fit † non est specifica sed generica ibi: quia peccaui nimis.

Infertur quarto ad Consuetudinem,
103 quæ dicitur esse apud † saxones qua disponebatur quod si in una manu sub tunica tenebat for rem furatam, & cum alia paratus esset iurare quod nec ipse habet nec ipse scit, absoluitur, & quod Iudex non audiuisset si dixisses Domine hic in alia manu tenet absconditam rem quam peto Host. c. ad nostram nu. 5. de probat.

Infertur quinto non ualere consuetudi-
104 nem inducentem † Simoniam. c. abolende de sepult. Abb. c. nou satis nu. 5. de simon. Rocch. d. c. fin. nu. 88. Rip. d. resp. 1. ad fi. de Consuet. Neuiz. cons. 55 Legatum

factum

factum Fratribus num.9.

Subinfertur non ualere conſuetudinem
105 ut aliquid detur pro † Sacramentis & ſepultura ſi non habeat cauſam ſpecificam: quia ſoluatur, puta loco decimarum, cenſuum, Cathedratica, ſeu alicuius iuris aut ſit conuertendum ad diuinum cultũ: quia ad vtilitatem priuatam Clericorum non poteſt ab inuito exigi Præpoſ.c. dictum eſt 2. in princ. 1. q. 1. & ibi quod Clericus prius debet officia impendere, & poſtea petere ſecundum prædictam conſuetudinem licitam, ſi nanq; prius ſe fundaret in conſuetudine ſuccumbere ut ibi, & per Modern. Repet. in d. l. de quibus nu. 90.
106 vbi quod curatus Eccleſię parochialis † nõ poteſt pro miniſtratione ſacramentorum quoruncunq; vt baptiſmi, extremæ vnctionis, pro benedictione nubentium & in ſtallatione in choro aliquid recipere niſi poſt tradita ſacramenta & huiuſmodi Expleta: quia tunc (inquiunt) poſſunt officio Iudicis compelli.

Infertur ſexto non ualere conſuetudi-
107 nem ludendi † Capell. Tholoſ. deciſ. 193. item fuit quæſitum nu. 7. & ibi an ſtante conſuetudine ſit mortale peccatum, Multo mi-

to minus autem videtur valere consuetu-
108 do ludendi ad aleas † nisi ludens sit homo ociosus, vel iaboribus fastiditus, & ludat causa solatij, sine fraudibus, & blasfemijs: quia immo tunc euitabontur malæ cogitationes, & peccata Rocch.d.c.fin.nu.135. de hoc tamen non uidetur confidendum: quia poterit dari ludens usq; ad finem ludi qui prædicta non incurrat maxime quã do ludus ipsi ualde aduersetur, & collusori admodum faueat.

Infertur septimo ut non ualeat consue-
109 tudo, ut Rector Ecclesiæ † qui tenetur dispensare redditus ipsius in pauperes non eroget Aym consi.116. Homines, & Parochiani nu.4.lib.1.

Infertur octauo non ualere consuetu-
110 dinem vt liceat furari † & falsum dicore testimonium Ant.d.c.fin.nu.52. ubi etiam
111 si sequeretur bonum præmissa † non licẽt, immo etiam si sequeretur peccatum uenia
112 le ne dum † mortule, Rocch.d.c.fin. num. 99. Aym.consi.488.quæritur si ius fuit nu. 13. lib. 3. & consi. 425. agitur possessorio nu. 3. eo.lib. 3. Alex. de neue consi. 102. deleta mihi fuerunt nu. 15. & ibi quod non est licitum commictere peccatũ minus

113 nus † ueniale ut quis a morte liberetur. c. ne quis arbitretur, & c. ſi quis ad te confugerit 22. q. 2. quod tamen male ſeruari videmus.

114 Quinto irrationabilis † dicitur conſuetudo ut electio fiat ut voluit Boer. deciſ. 1. hanc quæſtionem nu.49,

115 Sexto non ualet conſuetudo † quæ permittit duellum Iaſ conſ.144.Circa præfatum dubium nu.24.libi2.& ibi tollitur du

116 bium de Dauid † qui pugnando ſingulari certamine cum Golia Gigante eum occidit, & pariter Sanſonem & quod illud fecit inſtinctu ſpiritus ſancti ut dicit etiam gloſ. in c.Monomachiam.2.9.5. Dec. cõſ. 487.in quæſtione propoſita in princ.Gtat. conſ 3. uiſis informationibus nu. 5. & 7. lib.3.Siluan.conſ.15.in cauſa quæ uertitur nu 5.Alciat.reſp.6.cum contentio num.3. lib.5 & reſp.74.eſt tum ſubtiliter nu.4.eo.

117 lib.5.& omni iure eſſe prohibitam † Monomachiam voluit Alciat ubi ſupra, potiſſimeq; non ualet dicta conſuetudo: quia tendit contra præceptum Domini ſcilicet

118 non tentabis † Dominum Deum tuum, etiam ſi ſit immemorabilis Rocch.d.c. fin. nu.117.

Septimo non ualet consuetudo quod
119 diebus festiuis liceat mereari Abb.c.1. nu.
5.de ferijs, quas tamen consuetudines un
diq; tunc vigentes innundinis quibus cele
brádis occasione alicuius sancti optima ra
tione amauit e memoria numquam exci-
120 dendus Pius Papa † Quintus qui Sanctissi-
me Sanxit post festum immediate nundi-
nas celebrari posse.
121 Octaus non valet consuetudo † contra
ius Diuinum Turr. Crem. in. c. 1. & est
Paleæ nu.4.11.distinct.& in c.usus auctori
tatis ea: distint. Gemin.c.placuit nu.3.32.
distinct.Præpos.c in his nu.5.11. distinct.
Ant.d c.sin.in princ.ubi etiam Imol. nu.3.
Host.c.ex parte nu. 12. de Consuet. & c.
quod super de consang.& affin.Brun.cons.
43.circa.casum mihi propositum nu. 20.
Natt.cons.11.pulchra,& notabilis nu. 26.
Card. Put. dicis. 365. In causa Toletana
nu. 2. lib. 1.

Infertur primo non valere consuetudi-
nem quæ permictit usuras Io. de Imol. in
l. si finita nu.94.ff.de dann. infe.Rocch d.
c.fin.nu.88.& nu.118.Bal in Rubr de Cō-
suet. nu. 34. ubi quod neq; etiam in vno
122 nummo † potest hoc consuetudo permi-
ctere,

ctere,& in conſuetudine Bononiæ de ſo-
123 luendo ſeptem pro † centenario quod ſit
uſura voluit Mar. Anguiſſol. conſ. 24. in
cauſa Dominici nu.61.niſi ſimus in alimē-
124 tis dotium † ſtante tamen matrimonio idē
Anguiſſol conſ. 25. quæritur a me nu. 31.
Iaſ.d.l.de quibus nu. 70.cum pulchra am-
pliatione de qua ibi, & conſ. 92. circa pri-
mum dubium nu. 15 lib.1.Grat. reſp. 49.
proponitur quendam nu. 5. lib. 2. Afflict.
deciſ. 91. iterum in cauſa Alexandri ſub.
nu.8.uerſ.non obſtat, & in mutuo, quod
ſit contra ius Diuinum quo diſponitur mu
125 tuum date † nihil indeſperate Paul. Caſtr.
in l.eos qui §.ſuper uſurarum nu. 2. C. de
Vſur. Natt. conſ. 498. de duobus fuit nu.
126 24.lib.3.quodq; non liceat fœnerari † etiā
quòd reſultaret publica utilitas, uel pro-
pter erogandum elemoſinam pauperibus,
& neq; etiam pro redemptione captiuo-
rum uoluit Ant. d. c. fin. nu. 52. de
Conſuet.

Subinfertur propterea non ualere con-
ſuetudinem ſoluendi decem, octo, ſeptē,
127 quinq; uel quid etiam † minimum pro cē-
tenario donec dos ſoluatur, & reſtituatur
ſoluto matrimonio mulieri ab heredibus

 uiri,

uiri,licet alias fauorabilis sit dos, Iac.Butr. Bal.& Paul.in l.1.C.de summ.trin.& fi. Cathol.Io.de lignan.Imel.& Card. in clem.1. de Vsur.Bar.l.insulam § usuras sub num.3. uers. licet mulieri ff. sol. matr. Anch. post Inn. Host. & alios cons. 150.in quæstione quæ uertitur sub nu.4.uers.bene tamen fa
128 teor,ubi quod licet marito † debeatur vsuræ magis tanquam interesse pro sustinendis oneribus matrimonij quam ut usuræ; quia passus fuit moram ratione,retardationis dotis, tamen mulieri passe moram in restiuenda sibi dote soluto matrimonio nihil debetur ut interesse, nam inquit ipse quod esset usura, idem uoluit Dec. cons. 39.Iuridicam esse arbitror nu.5.Bero.cōs. 178.in causa mota nu.25.lib.1. Aym. cōs. 189. quando fœmina col. 2. uers. ergo si statutum, & col.4. uers. ego tamē crederē isto casu Viui. communium opi. lib.2.opi. 73. Consuetudo seu statutum Capic. decis. 65. in causa honorabilis sub num. 12. uers.ultimo accedat ubi ita communiter Doct.tenere affirmat Rocch. d. c. fin. nu. 90. & subdit ibi nu. seq. quod si heredes
129 † mariti dent mulieri fundum pignori fructus computantur in sortem.

Contra-

Contrarium, & ſic pro ualiditate dictæ
130 † conſueiudinis tenuerunt Io. de Anan. in c ſalubriter de Vſur. Bal. l. fin. §. præterea ſub nu. 10. uerſ unde puto. C de Iu. dot. ubi loquitur de uſuris ad rationem decem pro centenario ſequitur fulgos in l in inſulam. §. Vſuras ff ſol. matr. Paul. Caſtr. in l. Ticia ſub nu. 4. uerſ per ſtatuta tamen ff. de ſolut. Ang. d. conſ. 357. col. pen. Anch. conſ. 383. primo & ante omnia ſub nu. 7. verſ item præſuppoſito, Alex. conſ. 63 ſtantibus his nu. 6. lib. 4. Corn. conſ ult. non ſeruato ordine ſub nu. 7. uerſ. tamen nõ uidetur lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 60. conſului diebus decurtis nu. 35. lib. 1. & ibi loquitur de conſuetudine admictendi taxam ad rationem 6. 7. & 8. pro centenario Afflict. deciſ. 283. an ſoluto.

131 Conciliantur ſupradictæ † opiniones cõtriæ fœdere diſtinctionis, uidelicet, quod aut mulier habet unde aliunde ſe alat, & tunc procedat prima opi. quod. ſ. conſuetudo de qua ſupra non ualet, aut vero non habet, & tunc procedat ſecunda opi. ita Abb. in d. c. ſalubriter, Paul. Caſtr. in l. diuortio nu. 7. ff. ſol. matr. & hanc diſtinctionẽ ſatis æquum cenſuit Socc. ſen. conſ. 126.

8. lib. 2. ubi in ſuper requirit perſonam recipientem intereſſe eſſe ſolitam mercari, & quod hoc debet articulari, & probari vt ibi nu. 8. idem Aym. d. conſ. 89. ſub nu. 3. verſ. ſed quia vbi in caſu ſuo cum nõ adeſſet mora heredem conſuluit pro interpellatione facienda quod inter alia eſt potiſſimum requiſitum idem tenuit Menoch. conſ. 7. conſultationem hanc num. 18. lib. 1.

Infertur ſecundo non valere conſuetu-
193 dinem vt poſſit † condi teſtamentum coram vnico teſte Ang. & Paul. Caſtr. in l. 3. ff. de teſta. Iaſ. l. 1. nu. 82. C. de ſumm. trin.
134 & fi. Cathol. Iuſ. n. diuinum ſtatuit † ut in ore duorum vel tuum ſtet omne verbum Matthei Capit. 18. Ioannis Capit. 8. Deuteronom. capit. 19. ſicut e contra non cen-
135 ſeretur inualida conſuetudo † quæ diſponit, vt ſupra quod contra ius poſitiuum ſufficerent duo, aut tres teſtes ſpec. Cyn. Bar. Bal. Ang. Sayc. Falgoſ. Caſtr. & Alex. quos refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. 1. nu. 8. Dec. c. ſicut nu. 72. de probat. quicquid in con-
136 trarium † ſenſerint Iac. de Aret. Io. Andr. Oldr. Ant. Imol. & Abb. relati per eundem Iaſ. vbi ſupra, & non minus etiam valebit

137 consuetudo ut duobus Notarijs † uocatis
super testamento fides adhibeatur sine testibus & subscriptionibus: quia duo notarij non possunt ita cito esse falsarij sicut vnus qui posset confingere testes mortuos secundum Bellem decis. 645. consuetudo
138 potest, non tamen † valeret consuetudo
vt teneat testamentum factum etiam corã duobus testibus nisi de consensu Principis, & e videnti vtilitate & necessitate suadente Io.de Imol.d.c.sicut nu.8.

Infertur tertio non valere consuetudi-
139 nem non remictendi † reos de uno Regno
ad aliud respectu homicidij deliberato patrati: quia talis remicti debet etiam de iure Diuino exodi cap.21.ibi qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur, qui autem non est insidiatus sed Deus illum tradidit in manus eius constituam sibi laudi in quo fugere debeat, ergo a contrario sensu, qui occiderit animo delibera to non debet habere locum in hoc mundo, quod pluribus comprobat Plot cons. 24. scire quæritur col. 1.& nu.6..

140 Infertur quarto † consuetudine nõ posse induci vt possit quis contrahere matrimoniũ cum sponsa fratris sui secundum felin.

lin. in c. 1 .nu.6.de Treg. & pa.

Infertur quinto non valere conſuetudi-
141 nem quod ſecundum matrimonium † ſe-
quuta carnali copula prçualeat primo Roc
ch. d.c.fin.nu.97.

Infertur ſexto vt non valeat conſuetudo
142 quod minor præcedat † maiorem,& in ip-
ſum habeat iuriſditionem Petr. de Rauen.
de Conſuet.nu.54.Dec.in c.delect.num.3.
de Appell.præiudicare.n. inferior ſuperio-
143 ri † eiuſq; legem corrigere non poteſt
Natt. conſ.179.Viſo themate nu.21.lib.1.
Io. Ceph. conſ. 38. quæritur nunquid ho-
144 mines nu.4.lib.1.& poſteriori † non debet
præferri niſi ratione dignitatis, aut officij
accideret,alias.n.non valeret Henr. Boich.
in c.ſtatuimus nu.5.de maior.& obed. & li
cet conſuetudo det iuriſditionem,vt dice-
tur infra,tamen hoc caſu irrrtionabilis eſt
145 non valet quando dat † inferiori in ſuperio
rem auctoritatem Gemin.in c inferior nu.
146 3 21.diſtinct. & ibi quod † non obſtat c.
dilectis filiis de Appell. quia ibi conſuetu-
do non operatur ut inferior habeat iuriſ-
ditionem in ſuperiorem, ſed quod in pœ-
nam ſuperioris propter iniuriam illatam in
ſuperiorem, ipſe inferior poteſt inducere

inter-

interdictum in Ecclesia Præpos. d. c. inferior nu.3. & in terminis quod non valeat
147 consuetudo † vt minor in dignitate præferatur maiori voluit Tiber. Decian. cons. 21. contendũt de nobilitate nu.4 lib. 1. quod est repetitum ad literam vt puto per errorem cons. 7. lib. 3.

Subinfertur quod non valebit consue-
148 tudo vt Archidiaconus † præferatur Vicario Episcopi Petr. de Rauen. de Consuet. nu 90. Ias d. l. de quibus nu 69. & cum
149 dicta † consuetudo sit contra ius diuinum Io. Bapt. ferett. cons. 240. in materia Prælationis nu. 24. lib. 2 non mirum si nec cõ-
150 suetudine, nec † a Principe induci potest Grat. resp. 3. Visis informationibus nu. 12. lib. 2.

Intellige supradictam principalem conclusionem quando esset contra ius Diuinũ
151 morale consistens in Præceptis † seu prohibitionibus, secus in iure Diuino Sacramẽtalia seu cerimonialia respiciente: quia tũc valeret contraria consuetudo luc. de penn. in repet. d. l Vni. nu. 10. C. de Collat. donat. lib. 10. idem voluit Io. de Imol. in d. c. fin. nu. 30. vbi quod nec valuisset ante
152 Aduentum † Christi, Circa dicta Sacramẽtalia,

talia, & Cerimonialia licet hodie ſeu poſt ſuperueniente lege Euangelica ſecus ſit, Conſuetudo nanq; licet aliud ſeruet lex Euangelica non potuiſſet circa præceptum Circuncisionis vt ibi, qui etiam ponit exẽplum de non arando in boue, & Aſino ſimul, ſed hoc ſecundum mixtium intelle-
153 ctum intelligitur quod quis non debet † eſſe duplex habendo vnum in corde aliud in ore ſimulando more fallacium Alexandrinorum,& Megarenſium aliud ſentientium & aliud loquentium off. text. in cap. Populorum diuerſ. mores,quod etiam gloſ.licet falſo in l. obſeruandum ff. de off. Præſid. tribuit Bononienſibus quos forte ex alio oderat, ita dicta verba ſupra enarrata intelligit Imol. in c.cum cauſam in princ. de Elect.

Intellige ſecundo quando ſit irrationabilis: quia ſi eſſet rationabilis conſuetudo
154 valeret etiam in caſu † quem ponit Imol.d. c.fin.nu.45. de conſuet. ſubintelligendo ta
155 men quando non induceretur † mortale peccatum. tunc.n. etiam rationabilis non valeret Iofred. conſ.56 in cauſa ſereniſſimi nu. 25.

Ex ſupradicta declaratione infertur valere

lere consuetudinem contra ius diuinum
156 disponens † vt supra quod in ore duorum
vel trium stet omne verbum requirentem
plures testes in testamentis, & Codicillis:
quia videtur hoc fieri ea ratione scilicet ut
tollantur falsitates Præpos c. in his nu. 7.
11. distinct. similiter contraria consuetudo
valebit quæ diminuit in testamentis nume-
157 rum † testium a iure positiuo inductum,
potest. n. tolli per consuetudinem secundũ
Alciat resp. 60. Respondi superioribus die-
bus nu. 4. lib. 9. Consuetudo egitur in testa-
mentis requirens plures testes quam de iu-
158 re Diuino valet, tanquam augens † solemni
tatem Abb. c. licet nu. 3. de Testi. Bal. d. l. de
quibus nu. 58. Socc. sen. cons. 92. In cau-
sa Domini Antonij nu. 14. lib. 3. licet non
valeat consuetudo quæ minuit ut supra di-
ctum est.
159 Limitatur si peccatum † non induceře-
tur vt in Iudeis qui fœnerari possunt cum
Christianis quia curandum non est de his
qui foris sunt Rocch. d. c. fin. nu. 120. &
nu. 184. vbi quod limitari potest ius Diui-
num quando non ad sit peccatum, & qua
maxime quando ad sit aliqua causa, idem
Rocch. d. c. fin. nu. 83.

Infer-

Infertur ſeptimo non valere conſuetu-
160 dinem vt decimæ † non ſoluantur: quia & hoc eſt contra ius Diuinum ut legitur Exodi cap. 22.29. ibi Decimas ſuas, & primitias tuas non tardabis reddere, item leuitici cap fin. 30. ibi omnes decimas ſiue de frugibus ſiue de pomis arborum Domini. ſunt, & illi ſantificantur item numeri. cap. 18. 21. ibi filijs autem leui dedi omnes decimas Iſraelis pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, item Deuteronomij cap. 14. 22. ibi decimam partem ſeparabis de cuncti fugibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit vt nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, vini, & olei, & primogenita de armentis, & omibus tuis, vt diſcas timere Dominum Deum tuũ omni tempore, itẽ Paralipomenon 2. cap. 31. 4. ibi præcedit etiam Populo habitantum Hieruſalem vt darent partes ſacerdotibus & leuitis, vt poſſent uacare legi domini, Item Eſdem. 20. cap. 10. 37. ibi, & primetias ciborum noſtrorum, & libamina noſtrorum, & poma omnia ligni, uindemiæ quoq; offeremus ſacerdotibus ad Cazofilacium

zofilacium Dei nostri , & decimam partem terræ nostræ leuitis , Item Malachiæ cap.3.7. super quo Diuus Hieronimus vt legitur in c.Reuertimini. 16.q 1. & ita exclamat : quia mihi non dedistis decimas,& primitias idcirco in penuria , & fame maledicti estis , & vos me supplantastis & defraudastis , ecce annus expletus est , & nihil in meos Thesauros , sed in uestra horrea comportastis & pro decimis, & primitijs , quæ parua erant , ut a vobis darentur vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidictis , & in super Diuus Augustinus in. c. Decima. d.16.q.1. ait,si decimam dederis non solũ abundantiam frugum recipies , sed etiam sanitatem animæ & corporis consequeris, & si tardius dare peccatum est quanto magis peius peccatum est non dedisse , & in c. maiores d. 16. q. 1. etiam ex intentione eiusdem dicitur maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant : quia decimas Deo dabant & Censum Cęsari reddebant modo autem quia discessit deuotio Dei , accessit indictio fisci, nolumus partiri cum Deo decimas, modo autem tollitur totum , hoc tollit fiscus quod non accipit Christus , &

vltra

vltra prædictas auctoritates hoc idem tenuit Hoſt. c. cum contingat nu. 3. de decim. Viui. communium opi. lib 2.opi. 74. conſuetudo non ſoluendi, & ſi per contra-
161 riam opi. Theologorum † hoc firmare nō audeat prout neq; Benedict. Vad in repet. felin. in ver. decimarum ſolutiones, neq; etiam Pancirol. conſ. 199. Reuerendiſſimus Epiſcopus nu.7.lib.1.vbi ſubſiſtit, Ego tamen cenſerem per ſupradictas auctoritates teneri poſſe opinionem Canoniſtarum contra Theologos Natt.conſ.136.Reuerende Præſul per tot.lib.1.vbi alleg. tex. in c.1.de decim.lib.6. & Clement. cupientes de penit. Bero. conſ. 19. in cauſa ſuper primitiarum nu. 5.lib. 1. Burſat. conſ. 50. Triplici ut ex motiuis nu.11.lib. 1. & fortius ob cenſuram Concil. Trident.ſeſſ. 25.
162 cap. 12. merito conſuetudo contra † Conſtitutionem Conciliarem non valet Hoſt. in ſumm de Conſuet. ſub nu.3.uerſ vel ſit contra Concilia, cum etiam quia repugnat
163 fini. æterno qui n. decimas † retinent immemores ſunt ſalutis æternæ Aym. conſ. 206. in propoſito caſu nu. 17. conſuetudo
164 autem fini † æterno repugnans non valet ſecundum quod nott. in.c. irrefragabili de

off.

off. ordin. & alibi passim per Doct.

Intellige supradictam conclusionem in decimis prædialibus, secus in personali-
165 bus: quia hæ non sunt de iure † Diuino Turr. Crem. in d. c. reuertimini nu. 13. & seq. 16. q. 1. & ibi etiam quod prædiales non possunt diminui per compositionem nedum per consuetudinem, nisi esset per Papam approbata, ita de communi testatur Rocch. d. c. fin. nu. 94. & subdit ibi nu. seq. quod si laici requirantur, & sint ostina-
166 ti peccant mortaliter † licet secundum Di-
167 uum Thomam aliter teneāt Theologi † in casu quando Clerici non indigerent, & laici non haberent vltra sua necessaria quo casu quod benefacerent Clerici non petere, opinionem tamen Rocch. supradictam quæ fuit etiam Host. in c. a nobis de Decim sequitur Hypp. Riminal. cons. 36. Proponitur homines Imolæ nu. 10. vbi quod hæc opi. est mitior & quod peccant mortaliter non soluentes postquam fuerunt moniti.

168 Intellige secundo quando † iu totum tolleret, secus si diminueret relinquendo aliquam quotam: quia tunc valeret Franc. Rip. resp. 2. Prior Prioratus nu. 15. de decim

cim Card. Pariſ.conſ. 25. vidi conſilium
169 nu. 23. lib. 4. quicquid dixerint gloſ. † & Abb. in c. in aliquibus de decim, prout etiam valebit conſuetudo vt ruſticus non
170 teneatur deferre † eas in horrea Clericorum, & Eccleſiarum vt alias tenetur de iure per d. c. reuertimini, ita Card. Pariſ. conſ. 6. Conſiderata tranſactione num. 6. lib. 4.
171 Nono non valet conſuetudo cõtra ius † naturale ſecundum Petr. de Rauen. de Conſuet.nu.102.Turr.Crem.in c. 1. & eſt Paleæ nu.3.& c.vſus auctoritatis 11. diſtinct. luc.de penn. in l. ſuper creandis nu. 4. C. de Iu. fiſc lib.10.

Infertur primo non valere conſuetudi-
172 nem,quæ tollit defenſionem † & ideo nulliter diſponeret ut reus poneretur ad torturam non data ſibi prius copia indiciorum Alex. de Neuo conſ. 86. Reuerendiſſimus D. Patriarca num 7. & ſubdit in fi. quod nec Deus voluit tollere defenſionem primis noſtris parentibus peccãtibus.

Infertur ſecundo nullam eſſe conſuetu-
173 dinẽ quæ diſponat † vt quis torqueatur ex teſtibus examinatis parte nõ citata: quia ẽt hæc conſuetudo videtur tollere defenſio-

nem Bursat. cons. 201. pro dilucidatione nu.45.& 49.lib.2.

Infertur tertio non valere consuetudi-
174 nem † auferentem ius piscandi, & pariter uenandi Aym. cons. 643. publice pronunciatum nu,4.lib.4.

Infertur quarto non valere consuetudi-
175 nem tollentem interpretationem † quia est de iure naturali Aret.cons. 144. licet statuta Communis Senarum post princ. vers. sicut præsumitur.

Infertur quinto non valere consuetudi-
176 nem fodiendi metalla † in solo alieno non soluto prætio Rol. a uall. cons. 69. in causa præsenti nu. 48.lib.2.

Infertur sexto non valere consuetudi-
177 nem quæ denegat alimenta † ei cui debentur Aym.cons.116. homines nu.2.Rocch. d.c.fin.nu.436.vbi quod non valet consue
178 tudo quod filij a † parentibus; non alantur,& qui ita faciunt merentur more ca-
179 spiorum † includi in loco secreto, & fame necari ipsi antequam ad 70. annos peruenissent, sicut & Bactianis mos erat qui non dum senio, aut morbo confectos canibus deuorandos tradere solebant, vt per Textor vbi supra.

Infer-

180 Infertur septimo † non valere consuetudinem ut quis ad sententiã non citetur Socc. inter consilia Brun. cons. 7. Reuerendi Pa-
181 tres nu. 14.est.n.iuris nuturali † vt habetur in Clem. pastoralis § cæterum de Appell.cum cõcord, per Marant. de ord.iud. 6.par.uers. recte concipiatur citatio nu. 3.

182 Limitatur primo † supradicta principalis conclusio non procedere in consuetudine quæ repugnaret iuri naturali, quia nisi illa reperiatur expresse improbata a iure valeret secundum lap.alleg.101. in Ciuitate Florentina nu.13.

183 Limitatur secundo † nisi sit rationabilis: quia valeret etiam contra ius naturale Imol.d.c.fin.nu.45 de Consuet. & in c.cũ in cunctis nu 30.de his quæ fiunt a maior.
104 par.Capit.& ideo ualeret cõsuetudo † quæ in totum tolleret legitimam Rocch.d.c.fin. nu.437. quando scilicet ad sit rationabilis causa ut si disponat, quod stantibus ma
185 sculis filia † non succedat,& hoc fit ut conseruetur familia & agnatio, & non eat hereditas ad extraneam familiam ita Curt. iun,cons.10. Visa, ac diligenter considera
186 ta nu.7.ubi de consuetudine † g enerali totius Italiæ,tamen quod filia præfata debet

dotari, aut alimentari a fratribus & dictum Curtium melius quam alium loquutum in hoc testatur Arelat. ad Alciat. de præsumpt. reg. 1. Præsumpt. 8. ubi late & copiose examinat quæstionem illam brocardicam an scilicet legitima descendentium possit in totum tolli uel ne.

187 Limitatur tertio † in consuetudine per quam offuscatur ius naturale: quia ualet unde si sit consuetudo quod si aliquis uocet furem, aut filium meretricis aliquẽ, quod vocatus possit percutere vocantem eum alapa uel pugno, tuq; ignorans ius uocatus per Titium fur, uel filius meretricis ipsum pugno uel alapa percussisti quod uigore consuetudinis es, ex causatus Henr. Boich. c 1. nu. 3. de temp. ordin. & ibi nu 4. quod non excusantur scientes ius.

Decimo non ualet consuetudo conta

188 † ius gentium nisi cum causa scilicet publica vtilitate subsistente Rocc. d. c. fin. num. 444. & nu. 449. luc. de penn. in repet. d. l. Vni. nu. 10. C. de collat. donat. lib. 10. Brun. cons. 43. circa casum mihi propositum nu. 20. Rol. a vall. cons. 9. quod Dominns Ambrosinus nu. 6. & seq. lib. 2. & nisi sit ratio-

189 nalibilis † & præscripta, quia tunc derogat

iuri

inri gentium ſi ſit generalis ſi autem ſpecialis in loco tantum Boich.d.c. fin.nu.10.

190 Vndecimo nõ ualet conſuetudo † contra ſubſtantialia regulæ Bal. in Auth. niſi nu.5.C. ad 5.c. Trebell. ubi quod non po teſt tollere regulam poteſt tamen tollere conſtitutionem quæ eſt de diffinitione regulæ.

191 Infertur primo quod conſuetudo † generalis ordinis Prædicatorum poteſt derogare conſtitutionibus eorum in his quæ non ſunt de natura regulæ prohibita idem Bal. in Auth. ſi qua mulier nu. 16. C. de Sacroſ. Eccleſ.ſed non regulæ conformia vt ſupra.

192 Infertur ſecundo quod Monachus † ſtã te ſic eius regula non poteſt teſtari idẽ Bal. in Auth.ingreſſi nu. 5. C. eo. tit. ubi etiam Iaſ.nu.5.& Dec.nu.11. Socc. ſen. conſ.13. præſens conſultatio in princ.& col.2. uerſ. ſecundo probatur lib. 1. Gozz. conſ. 41. quæritur an Frater Dominicus nu.7.Aym. d.conſ. 96.ſub nu. 2. uerſ tertio talis con-

193 ſuetudo, & ratio eſt quia Monachi † non poſſunt habere proprium,& bona imparti culari felin.c cum m. Ferarienſis ſub num. 26.uerſ.& iſta Limita de Conſtit. licet ipſe

194 credat in quibusdam de quibus meminit ibi sufficere tacitum consensum superioris nisi expressum stante consuetudine, & si concureret quod haberet animum dimictendi ad omne libitum superioris idem Io. Ceph. cōs.98. Dominus Bartolus nu. 2. lib. 1. & parum dissentire videtur Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 2. ubi quod mobilium usum ita superiores permictant ut eorum suppellex statui paupertatis quam professi sunt conueniat, & loqui uidetur tam inregularibus personis uirorum quam mulierum, quod tamen male alias seruatum uidimus per quasdam Moniales quæ ut lucri facerent, etiam mercimonia de rebus suis quibus acquirē dis maxime insudabant exercere faciebāt, & sibi ipsis lucra appropriabant, immo etiam fructus possessionum percipiebant
195 contra dicti † Concilij disposit, in morte etiam ipsarum in rebus mobilibus non monasterium, sed moniales sociæ seu discipulæ nuncupate sibi superstites succedebant.

Sed aduertendum est quod etiam Mo-
196 nacus † stante dispenatione Papæ poterit testari Socc. & Dec. vbi supra nu. 12. Ias. nu.

11. & quia nulla regula diſponit quod fi-
197 lius fam. † non poſſit teſtari, ſed ſolam hoc iure poſitiuo prohibetur valebit conſuetudo quod teſtetur vt concludunt Doct in-
198 præfatis locis: tolleretur.n. hoc caſu † ius poſitiuum a conſuetudine Inn.in c.Raynucius deteſta: Bar. in l ſi quæramus ff. eo. tit.& latius infra ſuo loco dicetur.
199 Tertio infertur quod non valet † conſuetudo vt moniales vel Monachi non deferant habitum congruentem relligioni Imol. quia ingredientibus nu. 4. de teſta.
200 Duodecimo non valet conſuetudo † cōtra bonum publicum Turr. Crem. in d. c. vſus auctoritatis 11 diſtinct. Perr. de Rauen.de conſuet. nu. 103. Henr. Rocch. d. c. fin.cui quidem maxim opere repugnare videtur conſuetudo quorūdam malorum officialium qui reſponſiones in bona quan titate pecuniarum recipiunt etiam menſtruas ab eorum Baroncellis, ſed peior illa quorundam Curtiſanorum certo tempore aliàs vigens, qui ut facerent conſequi alicui officiali Gubernium alicuius Ciuitatatis faciebant ſibi reſpouderi, vnde de his non erubeſcentes uenalem faciebant iuſticiam, & pauperes Populi in debite gra

uati sunt, & hæc sit prima illatio.

Infertur secundo non valere consuetu-
201 dinem † quod offendens aliquem ponere se debeat in manibus inimici qui possit ei facere aliquod signum in manu, vel in vultu, aut aliquam aliam Cæsionem facere in corpore arbitrio ipsius inimici ita in consuetudine Pisana Bar. in l. 1. §. usq; adeo ff. de In iur. Lancell. Conrad. in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. conclusio 110. ad fi. & de consuetudine hac vigente etiam in Vrbe quodq; non sit seruanda tenuit Ang. in d §. vsq; adeo, hanc quoq; consuetudinem esse apud longobardos & Hyspanos commemorat Burdegal. decis. 262. & dico quod Ioannes Andreæ nu. 4. vbi etiam refellit eam: est. n. hæc consuetudo contra bonum publicum, & ostenditur: quia prebet materiam delinquendi contra c. est iniusta. 23. q. 4. L. ita vulneratus §. fin. ff. ad leg. Aquil. l. locatio §. quod illicite ff. de Publican. & dicitur hæc ordiosa. legi naturæ, & sacris moribus, & fauorabilis delinquenti Bal. c. ad nostram de probat. Iaf. in l. centesimis §. 1. col. pen. ff. de verb. oblig. & secundum hanc, ita fuit practicatum Perusiæ inter

Scola-

Scolares pro ſedandis certis rumoribus cõ tra quendam birruarium qui fuit impune dimiſſus ſub præcedenti pactione cuius fuit mediator Nobilis D. ſcipio de ſtaffa', quem recolo pro bono pacis & vt totum ſtudentium cætum abire volentem retineneret tunc attemptaſſe huiuſmodi practicam Piſanam intentione non autem facto, & de hoc contenti fuerunt dicti ſcholares.

202 Infertur † tertio non valere conſuetudinem quod quis poſſit vendicare de rancore, vindictæ ita eſſe conſuetudinem Florentiæ teſtatur Gemin. in c. conſuetudo nu. 13. 1. diſtinct.

203 Infertur † quarto non valere conſuetudinem vt liceat interficere interfectorem patris aut percutientem & in faciem Præpoſ. c. 1. nu. 2. 11 diſtinct. Ant. d. c. fin nu. 52. & ibi Rocch. nu. 193. & nu. 195. vbi quod non licet conſanguineis vindicare mortẽ
204 conſanguineorum, & quamuis † l. heredẽ ff. de his qui vt indign. & l 1. C. eo. tit diſponant quod heres quando non vindicat mortem defuncti priuſquam adeat hereditatem fiſcus eam ab illo aufert tanquam ab indigno, tamẽ de conſuetudin illæ leges non ſeruantur : quia paſſim heredes faciunt

ciunt pacē occisoribus defuncti Iul. Clar. in pratic.crim.§.fin.q.79.nu.7. ratio est qa tunc Deus amabat vindictam ideo dicebatur vltionum Deus vt psalmus 93. & propterea lex imitabatur Deum, nunc autem & sic, a tempore Aduentus Christi qui dicituur Rex Pacificus, & portatuit, secū pacem consuetudo se conformauit cum noua lege.

205 Infertur Quinto † vt nou valeat consuetudo quod propter deformitatem superuenientem vxori meæ licite teneam concoucubinam, vel si vxor non procuret filios similiter liceret tenere concubinam Ant. d.c.fin. nu. 52. Præpos. d. c. 1. nu.2. 11. distinct. Petr. de Rauen, de Consuet. nu. 30.

206 Infertur † sexto vt non valeat illa consuetudo quæ redderet longiorem instantiam appellationis contra statutū, illa nāquam esset contra publicam vtilitatem cui

207 expedit lites † breuiari Gozz. cons 101. audio dubitari nu. 7. prout etiam non va-

208 leret si in totum tolleret appellationem. Rol. a uall.cons.29.queritur nu.9. lib.1.

209 Infertur † septimo minus ualere cōsuetudinē disponentē vt pro homicidio aut fur-

furto imponatur pœna pecuniaria Ant. & Præpoſ. in locis præcitatis Hoſt. d. c. fin. nu. 9 Turr Crem. c. in his ſub nu. 5. uerſ. ad hac concordat 11. diſtinct. Atet. conſ. 58. diligenter cõſideratis ſub nu. 10. uerſ. quis autem non videt Nact. conſ. 575. ſub
210 tiliter, & acute nu. 20. lib. 3. Ratio † autem eſt: quia hoc non eſt aliud quam homines venali exponere prætio, & alios excitare ad commictenda crimina Henr. Boich. d. c. fin. nu. 9. & facilitas ueniæ nocentium tribuit delinquendi. c. ut Clericorum de Vit. & honeſt. Cler. per quam etiam primo citatam rationem multo minus valeret conſuetudo qua delinquens
211 † præmiaretur Ant. c. ex parte nu. 13. 20. tit. de Conſuet.

212 Infertur † octauo vt nulla ſit conſuetudo quæ dictat minores 25. ann. ad decurionatum admicti poſſe: quia, & hoc eſt contra publicam vtilitatem ſecundum Roc ch. d. c. fin. nu. 515.

213 Infertur † nono non valere cõſuetudinem vt poſt probatum delictum per teſtes idoneos liberetur delinquens ſi vellet probare per iuramentum aut leuem famam ſe non deliquiſſe Rocch. d. c. fin. nu. 202.

Deci-

Decimo tertio non valet consuetudo
214 contra bonos mores † Host.c. cum causam in primo de Elect.Gemin c. frustra nu.10. 8. distinct.Turr. Crem.d.c.vsus auctoritatis. 11. distinct. Petr. de Rauen. de Consuet. nu.25.Bar. l.omnes Populi 3.9.princ. ff.de Iust. & iu.Bal. in §. ius autem Ciuile nu. 49. Instit. de iu. natural. Ias in l. more nu. 5.ff de Acq. hered. Rip.resp.1. vt breuius quo fieri possit nu.26.de substi. Card. Put. decis. 113.in vna Romana nu.2.lib.1. & in tantum hoc verum est,vt neq; consen
215 sus Principis † robur illi tribuat Petr. de Reuen. de Consuet.nu.129.

216 Infertur † primo non valere consuetudinem vt inter consanguineos possit contrahi matrimonium secundum Abb. in c. quod super ad fi. de Consang. & affin.

217 Infertur † secundo non valere consuetudinem quòd filius spurius succedat patri; quia esset consuetudo causatiua multorum malorum Rocch.d.c.fin.nu. 101.

218 Infertur † tertio non licere cuicumq; Clerico vigore consuetudinis vagari licet
219 valeret † consuetudo quod habens præbendam aliudq; beneficium curam non habens annexam possit abesse ex iusta causa licen-

tia

tia non obtempta veluti cauſa ſtudij, peregrinationes vel pro negotijs ſuis priuatis quam hæc non prodeſſent habentibus cu-
220 rata † beneſitia, ſed requireretur in ſuper licentia Epiſcopi Gemin. c. ſacerdotibus nu. 2. 31. diſtinct. Henr. Boich. in c. cum omnes nu. 14. & nu. 16. de Conſtit. & quod
221 Canonici † licite vigore conſuetudinis recipiant fructus in abſentia voluit Ant. d. c. cum omnes nu. 2. tenendo tamen Vicariũ
222 † Hoſt. d. c. nu. 12. & in c. dudum nu. 62. de Elect. Præpoſ. d. c. Sacerdotibus nu. 8.
223 Bal. d. c. fin. nu. 18. Ratio † autem quare non ſic accidit in curatis eſt: quia natura curæ habet annexam reſidentiam cum ſit electa induſtria perſonæ niſi ſtante eſiguitate redituum Prepoſ. in loco præcitum.

224 Infertur † quarto nec etiam valere conſuetudinem vt Moniales tangant vaſa ſacra vel ponant Incenſum in Altari c. Sacratus vbi Doct. 29. diſtinct.

225 Infertur † quinto vt non valant conſuetudo quod teſtamentum cum auctoritate Epiſcopi ad pias cauſas poſſit reuocari, tam quam contra bouos mores ſecundum Bal. in c. 2 nu 3. de Conſuet.

226 Infertur † Sexto ad conſuetndinem vt quis

quis sit Episcopus & Canonicus in eadem Ecclesia, quia esset eodem tempore pater, & filius quod esset absurdum Rocch. d. c. fin. nu. nu. 221.

227 Infertur † septimo ad consuetudinē q; Clerici exerceant actus ex quibus rerum inhonestarum narrationes oriantur, nec vt in Ecclesia per eos ludi Theatralis more Hystrionum, & buffonum exerceantur c. cum decorem de Vit. & honest. Cleric. & ibi fortius post princ. tenet Abb. quod Clericus neq; etiam debet interesse istis ludis, & si ipso exitente in mensa venit histrio vel buffo debet Clericus de mensa surgere, & potius recedere quam ista uidere, & audire ne dum quod liceat laruis se tegere; quæ omnia prohibentur ex sentētia Card. in Clem. 2. q. 3. de vit. & honest. Cler. sed vtinam hisce hodiernis temporibus potius non recederent a mensa, & occurrerent dictis Hystrionibus, & mimmis in locis publicis non sine paruo Laicorum scandalo. & ideo; quia consuetudo hæc non est honesta, non valet secundum Abb. cons. 41. viso dubio nu. 4. lib. 1. Aym. cons. 972. præcipua quæstionum nu. 39. lib. 5. Rol. a vall. cons. 98. viso processu nu. 28 lib. 4. licet

228 licet aliàs consuetudo etiam in honesta † so leat tolerari ratione scandali iminentis secundum Rocch d.c.fin.nu.240.

229 Infertur † octauo ad consuetudinem vt cum maritus dissipauerit eius bona possit alienare quæ sunt eius vxoris & quod vxor
230 † quæ commisit adulterium possit consequi medietatem seu aliquod de bonis viri. c. ex parte de consuet. rationem primi, & secundi dicti ponit ibi glos. fin. & dicit quod non admictitur compensatio.

231 Infertur † nono ad Cõsuetudinem, quę disponit vt pro docendi licentia aliquid exigatur Ant. c. 1.nu. 12. de Magistr. vbi quod est nulla ista consuetudo.

232 Infertur † decimo non valere consuetudinem vt Canonicis detur prandium pro receptione Ant.c. Iacobus nu.4. di Simon. vbi quod si Clerici petant aliquid a Clericis spectans ad repletionem ventris male faciunt, secus si daretur paramentum vel aliquod spectans ad diuinum Cultum.

233 Infertur † vndecimo ad consuetudinem vt non valeat contra iura tenentia obedientiam, vnionem, & Ecclesiasticam disciplinam Ant c. cum venerabilis nu. 21 de cõsuet. vbi hanc conclusionem comprobat.

Infer-

234 Infertur † duodecimo ad consuetud. vt liceat alicui debitorem suum capere propria auctoritate, & pignora ab inuito recipere: essent.n.inducere rixas, guerras, vulnera, homicidia, & sic esset contra bonos mores, vnde nón valet secundum Petr. de Rauen. de Consuei.nu.135. Host. d. fin. sub nu.12. vers. quid de consuetudine.

235 Infertur † decimo tertio ad consuetudinem quod maiori parte aliquid determinante stetur minori parti, quia etiam hæc consuetudo est nulla secundum Imol. c. cũ in cunctis sub nu.30. vers. & dicit Dominus Antonius de his que fiunt a maior par. Capit.

236 Infertur † decimo quarto non valere consuetudinem quæ punit omnes de contrate vel Villa, vel Parochia pro delicto vnius Bal. d. c.fin. nu. 6. de Consuet.quod
237 † unus puniatur seu teneatur pro alio iuri, honestati, & rationi contrariatur secundum Marc. Mant. cons.231. ex forma statutorum nu.36.Hoc tamen non ita simpli-
238 citer, & indistincte † admictendum est secundum glos. in c cum homo,vers. supplicium 23.q.5. Iac. Riminal. cons. 21. in causa

cauſa Illuſtris nu. 5. lib. 1. & vt ſcandala euitentur in quampluribus caſibus maxime in damnis datis ita ſeruari admictunt Domini ſuperiores.

239 Infertur † decimo quarto ad Conſuetudinem vt vir teneatur dotare vxorem: quia non valeret ſecundum Bal. in Rub. de Conſuet. nu. 3. & hanc fuiſſe conſuetudinem apud Germanos teſtatur Off. text vbi ſupra.

240 Infertur † decimo ſexto nō valere conſtudinem ſecundum quam ſi remiſſio rei non fieret delicta remanerent impunita: quia Clericus a iudice Laico detineretur iu carceribus, a quibus veniret relaxandus Iaſ. conſ. 121. Dominus Petrus de Canibus nu. 5. lib. 1.

241 Infeetur † decimo ſeptimo ad conſuetudinem vt ſolus Dominus eligat Iudicem in feudali cauſa contra vaſallum: quia eſt cauſatiua mali, & iniqui exempli, & ſic contra bonos mores Burſat. conſ. 225. ſecundum ea nu. 41. lib. 2.

242 Infertur † decimo octauo non ualere conſuetudinem quæ a pignoratione, & præceptis pœnalibus habuit originem, & ſic domini & poſ

sessores annum dedere censum Aym.cons. 861. furnum a municipe sub nu.8.uers.tertio ad consuetudinem lib. 5.

243 Infertur † decimo nono ad consuetudinem quod Clerici succedant in maioris, quæ vti homines retrahens a vita Clericali non valet Paul. castr.in cons 164. in peçsenti causa col. fin. uers. super alio quæsito lib.2.& ibi quod secus est in feudis ibi ver. nec obstat.

244 Infertur † uigesimo non ualere consuetudinem ut exigatur pecunia per Episcopum uisitantem etiam si fuerit obseruata per tantum tempus cuius initij non sit memoria in contrarium.

246 Infertur † ad consuetudinem quod Papa nõ agat sine consilio Cardinalium: quia dicitúr nulla secundum Franc. Marc. decies. 12.q.7. quæritur an Papa nu. 6.

247 Infertur † uigesimo secundo ad consuetudinem quod soluatur uectigal pro his quæ quis portat sui vsus causa Rol. a,uall. cons.34.stante forma Capitulorum num. 19. lib.3.

248 Limitatur † nisi sit rationabilis, & immemorabilis Plot. cons.12. uiso priuilegio nu. 12.

Infer-

249 Infertur † uigeſimo tertio ad Conſue-
ſuetudinem ut miſſus in poſſeſſionem ex
primo decreto lucretur fructus: quia non
ualet Abb. c. quoniam frequenter §. in a-
lijs nu. 17. ut lit. non conteſt. Rocch. d. c.
250 fin. nu. 89. ſed contrarium † uoluit Alex.
conſ. 31. uiſo themate nu. 9. lib. 6. ubi te-
ſtatur commune dictum gloſ. ſing. quam
dicit ſequi Bar. & Aug. quæ tamen hoc nõ
dicunt in libro meo; unde ſic poterit dici
251 ſingularis iſta gloſ. ſed ad hoc † uide quod
diſtinguendo tenent Summ. Clauas in uerſ.
Vſuras §. 32. & Silueſt. in ſumm. in uerſ.
Vſura. 9. 30. additio ad Bar. in l. fulcinius
§. fin. quibus ex cauſ. in poſſ. &c.

252 Infertur † uigeſimo quarto non ualere
conſuetudinem, ut Dominus, Princeps,
etiam Imperatores faciat ſibi dari a ſubdi-
tis ligna, & paleas ad quæ non poſſunt per
quemcunq; ſubditi grauari neq; de iure,
neq; de Conſuetudine licet quidam Domi
cilli hæc ſibi præſtari quamdoq; petierint
ita locc. iun. conſ. 98. conſideratis his nu.
12. lib. 3. quid poſtea dicendum de conſue
253 tudine † modernorum officialium qui re-
gunt. ruſticos ad carigia lignorum & quod
peius eſt faciunt hoc fieri diebus feriatis in

 norem

honorem Dei Beatæ Virginis, & Sanctorum cogitandum relinquo, & nihilominus pauperibus: qui ex causa necessitatis quid leue faciunt diebus feriatis etiam minus solemnibus non indulgent pœnam ob festũ non custoditum cum tam ipsi officiales ex hoc pœnam perpetui exilij & confiscationis bonorum mereantur iux tex. in l. 2. C. ne rustican. ad ullum obseq. lib. 11. & si p̃ vnirẽtur quoties iniusticiam faciunt vtiq; non esset tanta officialium copia nec tanta officiorum penuria pro peritis Iureconsultis quibus impedimentum præstant imperiti quidam Doctores Doctorelle nũ-
254 cupat: qui si fuissent temporibus † Archiepiscopi Capuani loco officiorum obtinuissent degradationem, & quidem merito, ut commemorat Bar. in l. sed & reprobari in princ. ff. de excusat. & ibi quod iterũ ille Dominus uoluit eos examinari unde sic per peritos gubernarentur oppida Ciuitates, & Prouinciæ iusticia mediante nõ autem per fantasmata ignorantium.

255 Infertur † vigesimo quinto non ualere consuetudinem, ut notarius effectus Clericus possit exercere officium tabellionatus Rocch. d. c. fin. nu. 111.

Decimo

256 Decimo quarto non ualet † cousuetudo quæ est in præiudicium Eccl. Ecclesiasticarũq;personarũ Turr.Crem. in c.usus auctoritatis. 11.distinct. Gemin. c. frustra nu. 4.de Iudic. Imol.c. 1.in princ. de Consuet. ubi etiam Abb. & Dec. Henr. Boich d. c. fin.nu.8.de Consuet. & c. pastoralis nu. 5. de donat. Bar. in Auth. hoc ius porrectum nu. 18. C. de Sacras. Eccles. Bal. & salyc. in Auth. Cassa. C.eo.tit.Alex.cons. 149. in causa inquisitionis nu. 10.lib. 6. Alciat. resp. 3.ex delict. nu. 3.lib.7.Iefred. cons. 40. In presenti causa nu. 44. Rot. Rom. decis. 3.nota quod non admictitur ad fi. de consuet.in antiq. quod maxime procedit si in
257 præiudicium † Ecclesiæ sit inducta Card. Paris. d.cons. 27.nu. 42.lib. 1.& pariter in
258 consuetudine laicorum † grauante Clericos Ant. d.c.1. in 2.lect.nu.4. de Consuet. Quando tamen specifice disponeret de Ecclesijs Ecclesiasticisq; personis secus si gene
259 raliter † promiscue sit seruata a Clericis, & a Laicis : quia tunc valeret , idem Ant.
260 in Ecclesia nu.20. de Constit.si tamen † sit rationabilis etiam, Imol. c. cum uenissent nu.3.de eo qui mitt.in poss.caus. rei.seruã. vbi etiam Bal. nu. 6. Præpos. c. de accu-

sationibus. 3.q.5. Istis autem qualitatibus deficientibus consuetudo dicitur grauosa,
261 & ideo non ualet † & numquam præscribitur Host.d.c.1.nu.7. &. c. transmissam nu.8.de Elect luc. de penn.in l. ne quis nu. 5.C.ut rustic. lib. 11. & quod dictum est
262 de grauosa non prouederet † in fauorabili: quia tanc ualet ēt quo ad Clericos sm̄ Imol.c.cōstitutus nu. 6.de in integr. restit.
263 Limitatur † in consuetudine quæ afferret magnum præiudicium secus si paruum & aliqua ratione fulceretur: quia tunc varet Aym.cons. 21. Homines sanctæ Agnetis num. 13. lib. 1. Exemplum in Clericis
264 † qui tenentur dare in festo Purificationis Beatæ Mariæ Candelas Cera alba stante sic consuetudine quæ ualet feder.de sex.155. questio an Laici Rocch.d.c.fin. num.462. ubi quod ualet consuetudo quod detur agnus & pastus per Clericos, quod trahi
265 potest ad Clericos † nostrates qui singulis annis consueuerunt facere ientaculū Magistratui, & Parochianis in festis eorum Ecclesiarum Collegiatarum, & quod alias Clerici non possint donare de rebus Eccle-
266 siæ ultra modicū etiā stante † consuetudine uoluit Ant. in c. ad hæc nu.7. de testa:

In-

267 Infertur † primo non ualere conſuetudinem ut quis percipiat fructus beneficij in abſentia non relicto Vicario, quia Eccleſiæ præiudicalis Rocch.d.c.fin.nu.472.

268 Infertur † ſecundo ad conſuetudinem ut Princeps ſeçularis deroget priuilegio Clericorum, & Eccleſiarum: quia non ualet Nar: Auguiſſol. conſ. 28. Reſpondendo quæſitis nu. 6.

269 Infertur † tertio ad cõſuetudinem quod Clericus ſoluat collectas etiam de bonis patrimonialibus nulla nanq; eſt Abb. c. Maſſana nu. 5: de Elect.

270 Infertur † quarto non ualere conſuetudinem adſtringentem Clericos ad ſoluendum gabellam Rol. a uall. conſ. 71. duo ſunt capita nu. 4 lib.4.

271 Infertur † quinro nec ualere conſuetunem ut Clericus pro crimine & in cauſa etiam Cinli coram Iudice ſeculari conueniatur Rocch. d. c. fin. nu. 474. Dec. in c. Clerici nu. 58. de Iudic. unde ſubdit num.

272 62.non ualere † conſuetudinem Angliæ quod Rex habeat iuriſdictionem in Clericos ſequitur Rol. a uall. conſ. 4. in caſu inquiſitionis nu. 11.lib. 1.& conſ. 23. in caſa præſenti nu. 10.lib. 2.& tibi nu. 14. poni:

nit pœnas quibus mulctatur laicus conueniens Clericum coram Iudice seculari.

273 Ampliatur † dicta illatio procedere etiã in Clerico in minoribus ordinibus constituto Dec. c. decernimus nu. 167. de Iudic. & cons. 150. dubitatur principaliter nu. 4.

274 & si in habitu Clericali † non incedat stante consuetudine Barth. Thaeg. in pract. crim. par. 15. nu. 19. quamquam hoc cor-

275 rectam † apparet per Conc. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. nullus prima tunsura.

276 Infertur † sexto non valere consuetndinem vt laicus in oratorijs recipiat oblationes nisi ad Ecclesię reparationem vel ad aliquem honestum vsum Petr. Rebuff. de Decim na 28.

277 Infertur † septimo vt minus valeat consuetudo quod Prælatus possit res Ecclesiæ alienare sine consilio, & consensu Capituli Imol. c. quanto nu. 7. de his quæ fiunt, a Prælat. sine consen. cap. & in c. quod in dubijs nu. 35. de Renunciant. vbi quod secus

278 † si uigore consuetudinis possit expedire negocia sine consensu Capituli quod scili-

279 cet ualeret ut ibi quicquid † in contrariũ dixerit in Præposit. si missi num. 6. C. de Exact.

Exact. trib. lib. 10. vbi quod Abbas vigore conſuetudinis res Monaſterij donare poteſt quod facere alias prohibitum eſt, c. cæterum de donat.

280 Infertur † octauo ad conſuetudinem Laicorum in alienandis rebus Eccleſiæ aut Hoſpitalis quia non valet Bal. c. cum cau-
281 ſa nu. 3. decre. iudic. vbi quod laici † non poſſunt derogare iuribus Clericorum & quod eos conſuetudo Laicorum non teneat, voluit Hoſt. c. 1. nu. 5. de Conſuet.

282 Infertur † nono non valere conſuetudinem arctantem iudicem Eccleſiaſticum in cauſis Eccleſiaſticis ad ſequendum conſilium Laicorum Imol. c. ad audientiam nu. 2. eo. tit.

283 Infertur † decimo ad conſuetudinem vt poſſit Clericus omnia bona mobilia et acquiſita intuitu Eccleſiæ relinquere con ſanguineis quæ non valet Rocch d. ſi. c. fin. nu. 473. ſed illa peſſima videtur conſuetudo ut Commiſſarij ſubſtitut.

284 Super ſpolijs † pro uiaticis reciperent bona conſanguineorum ipſius Clerici qui nulla reliquiſſet ſpolia ex quo talia non ſint quæ ſpolia faciāt pro maiori parte ut Cāc. & cappellani pro eorum Canonicatibus,

& Cap-

& Cappellanis quæ sunt beneficia uix ad victum sufficientia ipsis.
285 Infertur vndecimo non ualere consue tudinem tenendo plura beneficia titulata in una Ecclesia simul & potissime supre-
286 ma, & duplicia, bene tamen ualeret † cõsuetudo de tenendo Canonicatum & Præbenda cum dignitate personatũ ue in eadẽ
287 Ecclesia, immo nisi fieret mentio † ab impetrante de huiusmodi consuetudine, gratia redderetur nulla ut puta: quia dignitatem aliquam quis consuetudine non possit obtinere nisi sit Canonicus Henr. Boich. c. de multa nu. 6 de preben, & quod non
288 valeat † alias consuetudo super pluralitate beneficiorum curatorum seu alias incompatibilium voluit Aut. c. literas nu. 9. de Concess. preben. ubi quod quis obtineat plures præbendas maxime in una Ecclesia, & in damnum Ecclesiæ: quia quot sunt prebendæ, & personatus tot debent in Ecclesia institui, bene tamen quis potest duas
289 † præbendas in una Ecclesia habere ex dispensatione Papæ Bal. d. c. fin. sub num. 18. uers. sed nunquid de Consuet. Non tamen
290 ex dispensatione † Episcopi Abb. c. extirpandæ §. qui uerò in repet. nu. 41. de præben.

291 ben. quia ſubtrahitur ibi † conſilium, & auxilium alterius Canonici, item quia non poteſt bis numerari, & adeſt fractio numeri vt ibi,& ſupradictam conſuetudinem eſſe contra rationem communem dicit Petr. de Rauen. de Conſuet. nu.64.

292 Infertur † duodecimo ad conſuetudinē Epiſcoporum Hyſpaniæ quos conſueuiſſe oſculari manus Regum cum tamē Reges Epiſcopis ſubiecti eſſe debeant teſtatur Gemin.c.2.96.diſtinct.& ibi quod Colla Regum, & Principum ſubmictuntur ſub genibus Sacerdotum, & quod Epiſcopis ēt Imperatores nedum Reges obedire debēt in ſpiritualibus niſi habeant feudalia a Regibus;quia tunc debent obedire in temporalibns huiuſmodi Regibus magiſq; ſuo Metopolitano.

295 Infertur † decimo tertio non valere cōſuetudinem quod prælatus ſine licentia ſuperioris poſſit dimictere Prælaturam Gemin. c. fruſtra nu. 10.8.diſtinct. Ant.Abb. & cæteri in c. cnm venerabilis iu princ. de Conſuet.

294 Infertur † decimo quarto ad Conſuetudinem ut nihil debeatur de Canonica pro funeralibus Eccleſiæ Parochiali, nam non

valet

valet Ant. c. certificari nn. 19. de Sepult. Card. florent. in Clem. dudum §. rerum nu.6. eo.tit.

295 Infertur † decimo quinto non valere consuetudinem quod Clericus respondeat coram non suo diocesano: quia Clericus quo ad ius fori non dicitur sui iuris Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 24.

296 Infertur † decimo sexto ad consuetudinem vt habens plura beneficia consequatur distributiones si interest Diuinis in altero ipsotum: quia non valet Card. Florent.c.2.§. ille verò nu.18. de ætat. & qua-
297 lit. & in eo qui fuit † prouisus a Papa de duabus præbendis in eodem met Ecclesia quod non habeat beneficium percipiendi in absentia vigore consuetudinis distributiones voluit Bal in d.c.fin.18. de Cõsuet.

298 Decimoquinto † non valet consuetudo contra ea quæ sunt de honestate Rocch.d. c.fin.nu. 240. tex. in c. cum decorum, & c. cum ab omni de vit. & honest. Cleric. qualis est illa faciendi de vestibus relligiosis, & sacris vetustate consumptis bursas, & commodare vestes Ecclesiæ ad ornatum nuptiarum, aut e conuerso quod de veste alicuius Dominæ aut alterius mulieris etiã

honeste

honeſte fiat caſula, vel pluuiale, aut aliud paramentum Eccleſiaſticum ſecundũ gloſ. de Conſecr. diſtinct. 1. c. nuptiarum & per Abb. c. ad hæc nn. 5. de rellig. Dom. quicquid dicat ibi ſapia quem non ſequor, & erit loco primæ illationis.

299 Infertur † ſecundo non valere conſuetudinem vt quis comparere teneatur in lupanari, nec Præceptum Domini inuitantis ſubditas ad tripudia Rocch. d. c. fin. nu. 109.

300 Infertur † tertio ut non valeat conſuetudo quod quis teneatur ſtare in communione perpetuo licet bene valeat ad tẽpus Io. Ceph. conſ. 507. in controuerſia num. 33. lib. 4.

301 Infertur † quarto non valere conſuetudinem vt quis teneatur ſequi conſilium indeliberatum etiam a ſapiente emanatum Imol. c. ad audientiam nn. 4. de conſuet.

302 Infertur † quinto ad conſuetudinẽ per quam quis poſſit bona ſua diſſipare, & cũ vitio conſumere, & ad aliena habere regreſſum illaq; vſurpare: quia non valet Ant. c. ex parte nu. 10. de Conſuet.

303 Infertur † ſexto ad cõſuetudinem quod in Eccleſijs non inſtituantur niſi Clerici cer

tæ

tæ nationis quando non valet. c. ad decorem de Instit.

304 Infertur † septimo ad consuetudinem, vt Clerici ignobiles, & non multæ scientię a Præbendis reppellātur: quia non valet c. venerabilis de Præben. Rocch. d c. fin. nu.475.

305 Infertur † octauo ad Consuetudinem, vt Clericus recipiat modicum quid quod quidem non sufficiat ad se, & suos sustentandum a Rectore Ecclesiæ: quia nulla est. c. extirpandæ eo.tit.

306 Inferiur † nono non valere consuetudinem vt adultero vxoris dentur certa bona Ant. Rosell. inter cons. vltim. uolnnt. cons. 144. Omnipotentis Troni.nu 41.

307 Decimo sexto non valet † consuetudo, quæ Canonicis obuiat institutis. c. ad audientiam de Consuet. Turr. Crem. in c. usus auctoritatis. 11. distinct.

308 Infertur † primo ad Consnetudinem vt Clericus etiam in sacris Constitutus possit exercere spectantia ad Episcopum vt est sacrameatum Confirmationis ministrare. c. quanto ubi Bal.eo. tit. vnde ibi Abb. in primo not. colligit regulam, quam dicit † menti tenendam quod scilicet ea quæ

309 sunt

sunt ordinis Episcopalis non possunt acqui ri per inferiorem etiam Consuetudine vetustissima quod etiam ante eum firmauit ibi Ant nu. 12.

310 Infertur † secundo minus ualere consuetudinem ut in generali interdicto Ecclesia pulset Campanas c.cum inter de cōsuet.vbi etiam Ant. qui etiam tenet quod nec etiam in loco exempto fieri potest.

311 Ampliatur † proxime præcedens illatio vt minus celebrari possit vigore consuetudinis submissa uoce stante huiusmodi interdicto Heur. Boich. in c. vt priuilegia §. super eo.nu.14.de Priuileg.

312 Infertur † tertio non valere consuetudinem vt quis possit dimictere dignitatem absq; superioris licentia, & minus quando quis fuerit adeptus electus possit adminiſtrare absq; confirmatione superioris c. cū venerabilis de Consuet. & tenuit Petr. de Rauen.de Consuet.nu.88.

313 Declaratur † in beneficijs curatis, & maioribus in quibus sine confirmatione Episcopi non potest electus administrare secus dicendū in minoribus: quia tunc valet cōsuetudo quòd electus administrat absq; confirmatione Imol. c. proposuit sub nu. 18.

18. vers. an autem valeat de Concess. præben. & ibi quod etiam absq; installatione potest quis administrare, & quod excuse-
314 tur † confirmatione non obtempta administrans a priuatione beneficij voluit Roc. ch.d.c.fin nu.123. In huiusmodiq: bene-
315 ficijs † minoribus plenum ius absq: confirmatione consequi aliquem posse voluit Franc. Marc. decis 1346. queritur an valeat nu. 2. & prædicta aptari possunt ad
316 Cappellam Sancti Fidelis † quæ est vna de Cappellis ruralibus in Patria mea, quæ propter tenues eius redditus non consueuit confirmat. requirere cum sufficiat sola Prioris & Capituli electio licet in alijs, vltra electionem Confirmatio Episcopi requiratur.

317¶ Decimoseptimo non valet † consuetudo vt in iudicio non præstetur a partibus iuramentum calumniæ. c. cæterum de Iur. Calumn. c. constitutus de fideiuss. cum
318 nanq: tendat ad facultatem † veritatis indagan. tollendam non valet secundum Imol. in d.c. constitutus nu.2. Alex. & Ias. in l.si quis quempiam ff. si quis caut. & ibi
317 subdunt posse remicti per rescriptum † cũ Clausula non obstante, sicut etiam tacite remi-

remicti poteſt perpartem c. 2. §. 1. de Iur. Calumn. lib. 6. Mattheſ. ſing. 65. Nota quod.

320 Decimo octauo non valet † conſuetudo quæ eſt cõtra ſalutem animarum Turr. Crem. in d.c. vſus auctoritatis 11. diſtinct. & in c. mala. 8. diſtinct.

321 Decimo nono non valet † conſuetudo contra ſtatuta Sanctorum Patrum inducta Gemin. c. hanc conſuetudinem 1. not. 10. q. 2.

322 Vigeſimo non valet conſuetudo † vt plene probationi non ſtetur Ant. c. 1. nu. 8. de probat. ſuperfluas. n. probationes admictẽs conſuetudo non valet Marc. Mant. conſ. 123. viſo magno proceſſu nu. 33.

323 Infertur † non valere conſuetudinem requirentem ultra plenam probationem etiam iuramentum Ant. c. 2. in princ. de probat. Imol. c. ſicut in princ. eod. tit. & ibi

324 quod eſt contra rationem † quod quis inducatur ad iurandum ſine cauſa quando ſcilicet aliter fuit probatum Bal. d. c. ſicut nu. 9. cum ſeqq. Barth. Caſſen. conſ. 19. Nobilis Dominus Antonius nu. 28.

325 Vigeſimo primo non valet † conſuetudo quod quis denominetur a genere ma-

terno Iacob. de Sancto Georg. in l. cum quædam puella nu. 11. in 1. lect. ff. de Iu-
326 risd. onem. iud. bene tamen † materna, progenies confert nobilitatem Rocch. d. c. fin. nu. 162.
327 Vigesimo secundo non valet † consuetu do ambitiosa ideo est cassanda Io. Ceph. cons. 26. deputati ad gubernium nu. 28. lib. 1.
328 Vigesimo tertio vendere consorti Rol. a vall. cons. 22. quod Magnificus nu. 12. lib. 2.
329 Vigesimo quarto non valet † consuetudo contra legem præceptum continentem Henr. Boich d.c.fin.nu.8. de Consuet. se-
330 cus si consilium † contineat, quia contraria
331 consuetudo valeret, & ideo sacerdos † ex Canone Consilij post celebrationem Missę cibum statim sumere non debet ob reuerentiam c. tribus de Consecr. distinct. 2. contraria consuetudo valet, non incurritur peccatum ne quidem veniale Rocch.d. c. fin.nu.115.
332 Vigesimo quinto non valet † consuetudo vt laici fiant capaces spiritualium Abb. c.Massano nu. 4.de Elect.
333 Vigesimo sexto non valet † consuetudo absor-

absorbens ius fiscale Bombin. cons. 70. nulli dubium nu. 10.

334 Vigesimo septimo non valet † consuetudo quæ venit contra legem habentem perpetuam causam prohibitionis Imol. in Rubr de Consuet. nu. 11. vbi quod non

335 potest facere † consuetudo vt cum sponsa fratris licitum sit contrahere vt supra dictum est.

336 Vigesimo octauo non valet † consuetudo veniens ad diminutionem diuini cultus secundum Petr. de Rauen. de consuet. nu. 31.

337 Vigesimo nono minus † valet consuetudo vt a malis moribus non reformentur moniales Rocch. d. c. fin. nu. 113. quas in-

338 currere videmus † recipiendo pro ingressu Monasterij cuiusq; futuræ monialis certam pecuniarum quantitatem pro passu vt dicunt quod tam est illis prohibitum non minus quam Clericis vt supra dictum est Host. c. non satis nu. 3. de Simon.

339 Trigesimo nulla est † consuetudo quæ generat scandalum secundum Præpos. c. super eo. nu. 5. de cognat. spirit. qualis est illa quorundam Gubernatorum Prouinciarum qui dant licentiam pro deferendis ar-

mis, & solui faciunt Paulum vnum, & illi hinc ad paucos menses dictam licentiam reuocant non vt scandalis occurrant cum nunquam concedere debuissent, sed ut totidem recipiant, & inde pro tot personis eliciunt plura centenaria scutorum dantes licentiam etiam discolis indifferenter, & quotidie ob delationem armorũ videmus pro quacunq; re minima homines occidi per deferentes maxime archibusia.

340 Trigesimo primo non valet † consuetudo quæ solet excitare calumnis Bal. c. cæterũ nu. 4. de Inr. Calumn.

341 Trigesimo secundo non valet † consuetudo quæ est contra uotum & relligionem Host. c. cum ad Monasterium nu. 16. de sta. Monach.

332 Trigesimo tertio non valet † consuetuquæ diminuit distributiones quartarum, quæ debent fieri de bonis Ecclesiæ Pręposi. c. cognouimus in princ. 12. q 2.

343 Trigesimo quarto non ualet † consuetudo in his quæ contra iusticiam vsurpantut Rol. a uall. cons. 13. & si apud me num. 49. lib. 3.

344 Trigesimo quinto non valet † consuetudo ut Pōtifices eligãtur per laicos cũ Canonicus.

nicus. c. Massana de Elect. superfluum tamen
345 est dicere hodie vt † ista consuetudo
amplius induci possit: quia tanta est potestas
creantium Pontificem vt illi detrahi
non possit per prædictos.

Supradictæ autẽ Consuetudines hisq;
346 similes tãquam irrationabiles † nunquam
præscribuntur, & nunquam ligant Turr.
Crem. c. mala. 8.distinct. & ibi quod quãto
347 plus † durant plus grauant animã eoq;
magis radicata difficultatem facit bene operandi,
imo cum dicatur ut supra vltra natura,
& facit maximam difficultatem resurgendi
348 a peccato & quodpraua † consuetudo
non derogatiuri communi voluit Gemin.
in c.Sanctorum nu.2. 10. q. 2. & ita
post Host. Io. Andr. Ant. & Imol. tenuit
Carol. Ruyn.d.cõs.154.nu 11.lib 4. Socc.
iun. d. cons. 4. nu. 11. lib. 4. Raito autem
349 † est quia vestimentum consuetudinis est
ratio Bal. in c. sicut sub nu. 7. uers. item
350 nota de probat. & quando cõsuetudo † est
irrationabilis dicitur non uestita sed nuda,
& frigida,& merio aboléda Turr.Crem.c.
frustra nu. 2. 8. distinct.cum enim pro sui
351 forma † consuetudines habere debeant rationabilitatem
amissa forma. non meren-

tor nomen consuetndinis & dicuntur corruptelæ Ant . d.c. fin. sub. nu. 49. vers ex
352 his concluditur de Consuet. dicũtur † etiã leges mortis, & non valent etiam tempore immemorabili Auth. vt nulli Iudic.§. nulli vbi Bar. & Ang. noct. Bul. d. l. de quibus nu. 23 in l. dudum nu. 6. C. de Contrah. empt. in l. snper cretandis nu. 4. C. de Iu. fisci.lib. 10.& in l.mediteraneæ nu 2. C.de Annon.& tribuit. co.lib. 10. Aret.in §. ex non scripto nu. 34. Instit. de iu. natnral. Socc. iun.cons. 110. Inspectis puncto, & scripturis nn. 9. lib. 2.& cons 4. uiso Themate nu. 12.lib.4 Aym.cons.137.magister Robertus nu. 4 lib. 1. Rol. a vall. cons. 69. in casu. præsenti nu. 47. lib. 2. & cons. 34.stante forma Capitulorum nu. 22. lib. 3.Colleg.Perus.inter cons.Tob.d cous 72. nu. 24. Afflict. decis. 71. fuit dubitatum
353 ad fi.Quinimo eas † fore extirpandas voluit Gemin. d. c. mala in princ. 8. distinct. 12. tanquam iniquæ non valeret luc. de penn.in l. 1. prope.fi, C. de Exact. lib. 12. Bal.c.sicut nu. 2.de probat. & inter Concil.generel. Thom. 2. in synodo Romana sub Nicolao primo in rescript.tit.2.fol.mi-
354 hi 767.malæ.n.cõsuetudines † non dicuntur

tur amplius conſuetudines Ant.d.c.fin.nn.
355 5. de Conſuet.licet ab impijs † quidem
priuilegia reputentur Hoſt. d. c. fin. nu. 9.
356 quam maxime † autem delendæ ſunt con-
ſuetudines quæ ſeruari nou poſſunt ſine
periculo animæ idem Hoſt. in c. extripan-
dæ nu. 8. de preben. Vnde Princeps qui
357 eas † nō tollit pari delicto inuoluitur Aym.
conſ. 488. queritur ſi ius nu. 14.lib. 3. Hu
358 ius cemodiq; † conſuetudines augent non
leuigant crimen ut eſt tex. in d. c. fin. &
in c. ſciſma 24. q. 1. & dicuntur vſurpa-
359 tiones † & corruptelæ Præpoſ. c.in his nu.
10. 11. diſtinct. Io. Mar Rimin.conſ.181.
in præſenti difficultate nu. 6. lib.1. itemq;
abuſus Corn. conſ. 181.uiſa copia conſilij
nu. 12. lib. 3. & ideo uon valerent etiam
360 † immemorabiles Ruyn. conſ. 156. quia
de iure Prelationis nu. 12. lib. 4. Rol a
vall. conſ. 3. quod nobilibus florentiolæ
nui 46.lib. 2.nec in ſpicitur quod ſit con-
361 ſuetudo introducta † in loco magis nobi-
li,ex eo enim non dicitur bona, nec ideo
mala quia in minus nobili loco ſecundum
Turt. Crem.in c.nouit nu. 2. 12. diſtinct.
362 minus etiam faciet quod ſint dictæ † con-
ſuetudines iuratæ Bambin. conſ. 70. nulli

dubium est nu.24. potissimum autem de-
363 testrnda est consuetudo † quæ sit contra
fidem Host. in summ. de Consuet. quid sit
consuetudo nu.3.Gemin. c. nos consuetu-
dinem in princ. 12. distinct. & in c. illud
2.not. ea. distinct vnde non valebit con-
364 consuetudo baptizandi † sub ista forma
ego te baptizo in nomine Patris maioris,
filij minoris, & Spiritns sancti, nec si di-
catur,Ego te Bantizo in nomine Patris, fi-
lij, Spiritus Sancti,& Diaboli Turr. Crem.
in c. consuetudinem 11. distinct. & ibi ēt
Præpos.nu. 2. Petr.de Rauen de Consuet.
nu 59.Rocch. d.c.fin. nu. 80. Istæ autem
365 consuetudines non excusant † a pœna tem
potali ne dum æterna licet alioqui consue-
366 tudo † quantumcumq; praua, iniqua, te-
meraria, & iniusta excuset a pœna tempo-
rali,& sic huius Mundi, licet non,ab æter-
na,& sic gehennali glos. in c. cum venera-
bilis, & ibi Ant. & Abb. de Consuet. & in
c.deniq; 4. distinct. Gemin. c. deniq; nu.
13. 5. distinct. &c. mala nu. 2. 8. distinct.
12. c. reperiuntue nu. 2. 1. q. 1 & c. quia
63. distinct. Turr. Crem. in c. Monoma-
chiam nu. 6.2.q.4.Henr.Boich. c. 1. nu. 5.
de temp. ordin. luc. de penn. in repet. l.

vni. nu. 13. C.de Collat. donat. lib. 10. Iaccb. de Sancto Georg. in Auth. tria nauigia nu. 5 C.de furt. & per Bar. in l. ſi quis ſit fugitiuus §. apud labeonem ff. de edil. edi: Sebaſt. ſap. in addit ad Abb in c. cum cauſa uerſ. diuturna de Elect. vbi quod li-
367 cet contractus ſapiat † vſurariam pauitatem ex conſuetudine, tamen reputantur vt ſupra quo ad pœnam temporalem licitus Iaſ. conſ. 78. Bernardinus Iacobi nu. 15. lib. 3. & ibi commemorat conſuetudi-
368 nem firmi † quia communiter putabatur licitum vendere ad tempus carius idem Aym. conſ. 366. Criminibus non paucis
369 nu. 25. lib. 3. vbi ſi in loco † exerceri conſuetum ſit vſura, contractus non reputatur fœneraticius Burſat. conſ. 214. diffuſe adeo nu. 15. lib. 2. Plot. conſ 19. caſus ſuper quo petitur conſilium num. 22. Brun. conſ 27. viſo proceſſu nu. 20. Marc. Mãt. conſ. 221. Guglielmus Petrinus nu. 18. & ante ɔos Præpoſ. in c. reperiuntur nu. 3. 1. q. 1. licet quidem nou excuſet a reſtitu-
370 tione † vſu rarum ſecundum Bero. conſue 167. poſt editum nu. 10. lib. 1. & quod
371 conſuetudo etiam praua † excuſet a pœna in uarijs caſibus elici poteſt vltra allegatos

tos ex Card Florent. in Clem. 2. nu. 5. de regul.Host.c.2.uu.8.de fi.instr.Abb.c.cum causam nu. 3. de Elect. felin. c. ex tenore nu. 12.de rescript. Dec.c.nam concupiscẽtia nu.16.in 1.lect. & in 2. lect. nu 23. de Constir. franc. Rip. in Rubr. de Iudic. nu. 24.luc. de penn.in repet l.missi nu.6.C.de Exactio .tribut. lib. 10. Iacob. de Sancto Geotg. in d. l de quibus nu. 54.Ias. in l.qui iurasse nur 7. ff. de Iureiur. in l. singularia nu 49. ff. si cert.pet.& in l.1.§ hoc iudiciũ nu. 26. ff. si quis ius dicen. Petr:de Ancar. cons. 51.Consuetudo quæ habet sub.nu.4. uers. & ita dicit glos Roman cons.466.uidetur prima fonte nu. 2.Alex. cons.8.Præsupponitur quod quidam Hæbreus col. 2. ad fi.uers. confirmantur prædicta lib. 6. & cons. 233. Ponderatis his nu. 13.& cons. 240. præspectis & ponderatis nu 8. eo. lib.6. Corn.cons.28. In hac consultatione nu: 9. lib.3 Socc.sen. cons.209:licet nulla nu.4:lib.2: Grat. Resp: 15. Magnificus,& Generosus nu.23.& resp. 31: in causa societatis nu. 37.lib: 1.& resp: 3. uisis informationibus nu.11:lib.2.& resp.39. visis elegantissimis nu 6. & resp: 49: proponitur nu: 13: & nu.15. & resp.97.quoniam eximius

98 † permiſſiua, ſecus in compulſiua aut prohibitiua ſiue pœnali non tamen immediate, ſed mediante aliquo facto vel delicto intra Territorium commiſſo Modern. ræpet.d.l.de quibrs nu.95.

99 Infertur quarto ut liget † Clericos quãdo ſit fauorabilis cum diſtinctione Bar. d. l. de quibus in repet. nu. 30. licet ipſe di-
100 cat quod libenter † audiret Doct. Iuriſ. Canonici inter quos vide felin. ni c. ad noſtram nu. 3. de probat. Modern. Repet. d. l. de quibus nu. 96. quando tamen poſſet
101 ſe habere † ad commodum, & incommodum non ligaret, nec teneret Petr. de Rauenn de Con ſuet. nu. 24. Rocch. d.c.fin.
102 nu. 677..& ſeqq. item niſi eſſet † mixta lai

cor..m

corum, & Clericorum idem Rocch. vbi supra nu. 667. & specialiter in successionibus Tiraq. in tract. le mort sacsit leuif. 2. par. 8. declarat. num. 5. & in tract. de utroq; retract. §. 1. glos. 8. nu. 41. vbi in genere loquitur & infinitas prope auctoritates more suo allegat.

103 Infertur quinto vt liget Moniales † vnde valet consuetudo vt nulla recipiatur in Monialem in aliquo Monasterio si non fuerit degenere militari Cels. Vgo. cons. 54. est quoddam nu. 2. & ibi tollit dubium Abb. in c. venerabilis de præben.

104 Infertur sexto quod liget † non natos Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 118.

105 Infertur septimo † quod liget etiam furiosos Roch. d. c. fin. nu. 746. & nu. 752.
106 & seqq. quod † etiā Iudeos ligat si sint inhabitantes nisi lex Mosaica repugnet, & nisi etiam specialis sit consuetudo inter Iudeos, & hæc sit loco octauæ illationis.

Infertur nono quod consuetudo ligat
107 † Principem si sit rationabilis Rocch. met. in d. c. fin. nu. 651. Menoch. de Arb. Iud. q. 71. nu. 14. c. Principemq; ipsum ad ob-
108 seruantiam † trahit Aym. cons. 349. Collatio Præbendæ nu. 10. lib. 3. dicitur etiam

maior

106 maior ipso Principe † quando contra ipsum disponit Tract. Crim. sub incerto Anhore de Criminlesę maiest. num. 11. Cassan. cons. 21 le Cas. de Noble nu. 4. Campeg. inter cons. Brun. cons. 2. viso temate nu 25. Vndesi consuetudo feudorum
110 † dictaret quod Imperator non possit priuare Duces nisi prius per patres Curiæ iudicentur indigni quod hoc casu non posset contra consuetndinem statuere Imperator Ias. cons. 1. præsupponitur in facto nu: 25. lib. 1. similiter, & multo minus etiam di-
111 citur Regem † non posse facere derogationem consuetudini vigenti inter Barones quoad omnes quia pareret enormem & grauem læsionem Baronibus similiter huc confert consuetudo Bretanniæ quæ habet quod si quis conuenitur coram Comi-
112 te pro contractu vel delicto † possit aduocare Regem & illū aduocando quod non possit conueniri corā Comite modo Rex francorum hanc consuetudinem remisit Comiti non vocatis Baronibus Britanniæ qui prætendebant interesse cum hominibus eorum concluditur quod Rex francorum non potuerit hoc facere in præiudicium illorum Baronum Iacob a S. Georg, in d.l.

in d.l. de quibus nu. 48.& seq. qui etiam
Princeps non potest ius.consuetudine quę
113 situm † tollere Aym. in Tract. de Antiq.
temp. 4. par nu. 19. quia conclusio hæc
videtur Brocardica quia alias dicitur cõsue
113 tudo sub potestate Principis † constituta
Rol. a vall. cons. 67.Dominus Iacobus nu.
33. lib.3. & quod sit in manu, immo sub
115 pedibus principis † quiq; eam pro libito
115 tollat vt inutilis sit consuetudo † per quam
ligatur Principis manus Io. Ceph. cons.
342. nundinæ per consuetudinem nu. 17.
lib. 3. Aym. cons. 591. Venerabilis Dominus
nu.25. lib. 3. & cons. 749. verbis quidem
nu. 18.lib. 5 Rol. a vall. cons. 3.quod
Nobilibus Florentiolæ nu. 12. lib. 2. Recurrendum
est ad distinctionem eiusdem
117 † Aym. in d. tract. de Antiq. temp. d. par.
4.nu. 40. indistincte tamen dicendum est
118 † non ligare Papam Henr. Boich. in d. c.
Abbate nu. 11. & seq. de uerb. sign. item
119 nec Ecclesias † nec bona ea nisi Papa
velit Campeg vbi supra nu. 34. licet bene
120 ligare possit Episcopum † secundum
Boich. in loco præcitato Cum enim communis
sit consuetudo neminem nisi supradictos
excludit,& qtem libet comprehendit

dit secundum Host. in c. conquerente nu. 9. de offic. ordin.

121 Decimo habet vim præsumẽdi † ideoq; præsumptionem contra delinquentem fa-
121 cit vt si quis consuetus sit fœnerari † si pœnam stipuletur, præsumitur id actum in fraudem vsurarum luc. de penn. in repet. l. missi nu. 6. C. de Exact. tribut. lib. 10.

Infertur etiam quod si quis sit solitus
123 † me salutare si non salutat præsumitur inimicus meus Iacob. in. de S. Georg. l. 1. prima lect. nu. 10. ff. de Pact.

124 Vndecimo habet † virtutem prohibendi Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 16. & ibi quod eo ipso quod imponit pœnam prohibere videtur, vnde prohibere potest vt
125 quis volens non disponat † de re propria vt in retractu & alienatione prohibita in forensem prout & quis necessitatur disponere de re propria Bursat. cons. 127. Illustris & generosius nu. 75. lib. 2.

126 Duodecimo habet vim tolerandi † ea quæ fiunt contra ius Abb. c. 2. in princ. de temp. ordin. Imo etiam circa ius Diuinũ
127 probabile dubium constituere potest, & sic excusare Couarru. super 4. Decretal. 2. par. cap. 7. §. Tertius nu. 5.

T Non

128 Non nullas autem ex prædictis † virtutibus habere consuetudiné meminit glos. 1. in l. fin. C. quæ sit lon. consuet. Host. in summ. de consuet. q. 11. in princ. & in c. cum dilectus nu. 8. eo. tit. Turr. Crem. c. in his nu. 611. distinct. Abb. c. de vxore nu. 3. de sepult. Aym. cons. 518. Ad primum dubium nu. 2. lib. 3. & qui in aliquo ex prædictis, & similibus modis vult vti
129 consuetudine debet prius impleuisse † pro parte sua incumbentia secundum Bal. in l. venditor §. si constat in tertio not. ff. commun. Præd.

Vltra prædicta vero conseetudo. post-
130 quam eam † creare est iurisditionis secundum eundem Bal. in c. cum causa sub nu. 2. vers. & sicut de re iudic. potest dare
131 † iurisditionem non habenti Henr. Boich. c. cum speciali nu. 4. de App. Imol. c. irrefragabili §. excessus in princ. de offic. Ordin. & c. si clericus in princ. de fo: compet. Host. c. dilecto nu 8. de off. Archid. & c. dilecti nu. 9. de Arbitr. Archid. c. cóquestus q. 3. not. in c. fin. de off. Archid. & pariter in c. quanto in c. dilectus de off. ordin. in c. cum quidam de except. lib. 6. in c. Romana in uer. Cósuetudine de App. lib.

lib. 6. in c.cum in Ecclesijs de præben. eo. lib.6. in c. quoniam de Immun. Eccles. eo. lib. in c. 1. depæn. eo. lib. in c. seruitium 18. q. 2. in c. cum contingat vbi omnes Canon. de fo: cōpet. Inn. in c.nouit nu.6. de Iudic. Abb.c.2.nu.4. ne prælat.vic.suas felin. c. ex parte nu. 6. de rescript. Dec. c. referente nu. 12. de præben. Rip. c.decernimus nu. 15. de Iud. glos. in l. fin. C. de Arbitr. in l. nulli ff. quod cuiusq; vniuers. nom. in l. fin. vers. consuetudine. C. de Emancipat. liber. in l. viros in l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. 12. Bar. in l. fin. ff. de Aqua pluu Arcen. Bal. l. 1.in repet. nu. 9. C. de Emancipat. liber. Dec. in l. more num. 19. ff. de Iurisd. omn. iud. luc. de penn. in repet. d. l. missi nu. 4. C. de Exact. tribut. lib. 10.Iacob. a S. Georg. in l. cum prætor. §. Iudicem dare nu. 5. ff. de Iudic. Roman. cons. 300. in casu proposito post princ. uers. quoniam longa Alex. cons. 240. perspectis, & ponderatis in princ. lib. 6. Corn. cons. 322. consulu it pro parte Gallesij nu. 8. lib. 1. & cons. 259. Viso puncto nu. 9. lib. 3. Chassen. cons. 64. viso processu nu. 4. Rot. Rom. decis. per fastol. caus. 3. num. 8. primum

an Prior Claustralis nu. 2. Franc. March. decis. 381. quæritur an licite nu. 2. Zoannet. de Empt. & vendit. sub pacto de retrouend. nu. 175. Amanell. sing. 180. nota quod consuetudo Corsett. sing. in ver. statutum 16. & inibi etiam quod si stet sta-
132 tutum quod scholaris † debeat tantum conueniri sub Episcopo, & de consuetudine quod contra eum scholarem cognoscat Rector per huiusmodi statutum non dicitur derogatum iurisditioni Rectoris qui habet facultatem ex cõsuetudine Mars. sing. 690. magni valoris & ibi subdit quod consuetudo potest dare iurisdictionem laicis in Cle-
133 ricos † in minoribus ordinibus constitutos, & auferre priuilegium Clericale dictis Clericis qui si dilinquant possunt puniri per Iudicem secularem stante consuetudine, sed de huiusmodi dicto valde dubito
134 † per ea quæ supra dicta sunt, etiamq; per id quod voluit Ant. Capic. decis. 161. In causa Crusconi nu. 3. vbi post Abb dicit quod consuetudo dicitur tribuere iurisditionem quando facit pro foro Ecclesiastico non autem quando est contra, & hoc seruit pro limitatione supradictæ conclusionis.

Limita-

Limitatur ſecundo vt non procedat in conſuetudine quæ dictaret vt valeret ſen-
135 tentia, a non ſuo Iudice † lata quia cum hæc conſuetudo ſit irrationabilis non tribuit iuriſditionem Abb. c. ad noſtram nu. 2. de conſuet.

Limitatur tertio vt dicta conſuetudo nō det iuriſditionem in præiudicium Princi-
136 pis † ſed bene in præiudicium eorum in quos dicta iuriſditio eſt exercenda Henr. Boich. c. cum non liceat num. 4. de præſcript.

137 Ampliatur dicta Concluſio † vt non ſolum det iuriſditionem perſonis, ſed etiam rebus & locis Hoſt. c. quanto nu. 13. de officio ordin. Bal. in Rubr. de Conſuet. num. 17. & 29.

138 Ampliatur ſecundo † vt etiam mere priuato det iuriſditionem Gemin. c. conqueſtus nu. 3. 9. q. 3. Imol. c. cum contingat nu. 3. de for. compet Hoſt. ibi nu. 3. Abb. nu. 5. Bal. l. Immo nu. 2. ff. de legi, & in l. ſed ea in addit eo. tit. Io: Iac. Leonard. inter conſilia Bruni conſ. 117. in hac cauſa Illuſtriſſ. nu. 144.

139 Subampliatur † quod quis in cauſa propria ſit Iudex Dec. l. qui iuriſditioni num.

20. ff. iurisd. omn. iud.

140 Subampliatur † secundò vt priuatus per consuetudinem possit dare tutores ita post Nicol. de Neapol. tenuit felin. d. c. cum contingat col. 1. uers. in glosa in uer. Consuetudine.

141 Ampliatur tertio † vt non solum det iurisditionem masculis, sed etiam fœminis tex. est in c. dilecti de Arbitr. vbi Imol. nu. 7. Ias. in d. l. more nu. 43.

Subampliatur vt valeat consuetudo quę dat iurisditionem iuris dicendi mulieri

142 † ipsi Host. c. cum dilectus nu. 7. de fi. instr. Petr. de Rauen. de consuet. num. 189. Io. Franc. Purpur. cons. 216. in hac causa nu. 3. lib. 1.

143 Ampliatur † quarto vt non tantum tribuat iurisditionem sed etiam merum imperium Bal. l. cum Prætor §. item hi qui ff. de Iudic. felin. c. super quæstionum §. quem verò nu. 19. de offic. deleg. Ias. d. l. more nu. 45. Marc. Mant. cons 74 casus talis est nu. 6. quicquid in contrarium di-

144 xerit Ang. † in d. l. Imperium nu. 12.

145 Ampliatur quinto vt non tantum † tribuat iurisditionem in principali sed etiam in accessorio, Roman. cons. 243. ad prædictorum

ctorum circa fi. Dec. c. præterea nu. 4. de
off. de leg. Quod absq; dubio procedit in
146 consuetudine † immemorabili: quia dici-
tur habere vim tituli, constituti, concessio
nis ex certa scientia, priuilegij Imperialis,
iussionis, Priuilegij Papalis, Regij assensus,
& veritati æquipollet, & per hanc acqui-
runtur reseruata Principi. c. contra morē
100. distinct. c. fin. 17. q. 2. c. super qui-
busdam §. Præterea de uerb. sign. not. in
c. 1. de præscript. lib. 6. Inn. c. bone. 1. de
postul Prælat. Host. d. c. super quibusdam
nu. 5. Abb. & cæteri in c. peruenit de Cen
sib. Turr Crem. in c. experientie nu. 6. 11.
q. 1. Felin. c. cum nobis col. 1. in fi. & c.
accedentes col. 5. de præscript. Bar. in. 1.
Const. C. §. hæc autem tria nn. 3. Bal. in re
pet. l. 1. in princ. C. de Emancipat liber.
Paul. Castr. in d. l. Imperium nu. 7. qui in-
terminis de quibus supra post Ang. quem
allegat tenuit non posse nerum Imperium
nisi aut senatus consulto, aut lege, aut usu
immemorabilis temporis præscribi aut ac-
quiri Rip. in l. quo minus nu. 41. de flu-
miu. Bal. cons. 49. in facto Abbatis Sanctę
Christinæ lib. 1. Cuman. cons. 83. quia
causa decimalis ad fi, Alex. cons. 5. si uera

sunt nu. 8. lib. 5. & cons. 52. visis his col. 2. in princ. & cons. 110. admodum grauis mihi causa est col. 5. uers. ad quartum argumentum lib. 6. Corn. cons. 22. videtur in hac consultatione in princ. & cons. 322. Consuluit pro parte Gallesij num. 8. lib. 1. & cons. 283. Ioacchinus col. pen. lib. 3. & cons. 268. In hac consultatione col.pen. & fin. lib. 4. Anch. cons. 51 cõsuetudo quæ habet nu. 2. Andr. Barbac. cons. 35. sapienter scribitur col. 4. lib. 2. Socc Sen.cons. 7. super quæstione col. 1. lib: 3. Io.Franc Purpur. cons. 315. difficultas causæ post princ. lib. 1. Alciat. resp. 8. conclusio suprascripta nu. 5. lib. 3. & resp. 3. cum in hac causa nu. 3. lib. 4. & resp. 39. est fundata intentio nu. 2. lib. 5. Natt. cons. 283. si vera sunt in princ. lib. 2. Ias. cons. 46. Omissa vlteriori allegatione nu. 6. lib. 1. Dec. cons. 11. quoniam iudicantium responsa col. 8. & cons. 85. & diligenter col. 2. Ruyn. cons. 105. super eo de quo quæritur nu. 5. lib. 5. Card. Paris. cons. 27. in præsenti consultatione num. 33. lib. 1. Socc.iun. cons. 181. de duobus in præsenti nu. 59. lib. 2. & cons. 74. visis Literis nu 3. Et cons. 91. visis puncto propo sito. & scri-

pturis nu. 10. lib. 4. Io: Bapt. Ferret. cons. 69. Casus vt mihi narratur nu. 10. lib. 1. Io. Ceph. cons. 26. deputati ad Guberniũ nu. 2. & 4. & cons. 39. in hac causa nu. 12. lib. 1. & cons. 342. nundinæ per consuetudinem nu. 27. lib. 3. & cons. 628. Causam quæ proponitur nu. 49. lib. 5. Aym. cons. 349. Collatio prebendæ nu. 7. lib. 3. & cons. 972. præcipua quæstionum in princ. lib. 5. Io. Mar. Rimin. cons. 344 in causa præsenti nu. 8. Campeg. inter consilia Bruni cons. 2. viso Themate nu. 52. Plot. cons. 49. mihi in facto præsupponitur nu. 3. Marc. Mant. cons. 11. pulchra, & notabilis nu. 8. Pancirol. cons. 119. cum Vallis Vneclæ nu. 74. lib. 1. Siluan. cons. 1. quoniam in præsenti nu. 125. Menoch. cons. 43. propositis duabus quæstionibus nu. 7. lib. 1. Colleg. Bononiense post consilia Card. Zabarellæ cons. incip. ad euidentiam nu. 34. Alberic. de stat. lib. 2. q. 2. nu. 43. Card. Put. decis. 466. Matthias Ferrettus nu. 4. lib. 2. Zoannettus in dicta repet l. 2. nu. 191. C. de pact. inter empt. & vendit.

147 **Illa autem dicitur consuetudo † immemorabilis, quæ est à centum annis Grat.**

cons.

conſ. 94. viſis facti ſpecie; & toto proceſſu nu. 47. lib. 2. Modern. Repet. in d.l. de quibus nu. 101.

Sciendum tamen eſt quod ſicut vt ſupra dictum eſt confertur per conſuetudi-
148 nem iuriſditio † ita etiam tollitur Bal. in repet. l. 1. iu princ. C. de mancipat liber Io: Mar. Rimin. conſ. 484. formata fuit inquiſitio nu. 2. lib. 3.

Declaratur ſupradicta concluſio & conſuetudo quo ad perſonas Eccleſiaſticas nō poſſit niſi modicam iuriſditionem concedere vnde nō poſſet concedere iuriſditio-
149 nem inferioribus deponendi † Clericos Io: de Turre Crem c. quis aliquando §. in leuitico nu. 45. de pœnit. diſtinct. 1. ſicut
150 nec priuatæ perſonæ † ex communicandi idem Turr. Crem. c. conqueſtus num. 3. 8. q. 3. intellige tamen quando non ſit
151 † Clericus alias ſecus Imol d. c. cum contingat nu. 6. de for. compet. Rocch. d. c. fin. nu. 165.

Poterunt tamen inſignia Pontificalia ſi-
152 cut Epália † quæri per Prælatum inferiorem Epiſcopo ſi tamen ſit immemorabilis Petr. de Rauen. de conſuet. nu. 245.

Ratio autem huius declarationis eſt

quia

quia acquirere intendens non eſt capax iuris quod acquirit, & tamen in conſuetudine requiritur † vt ſit quis capax iuris quod acquirit vt per Rocch. d. c. fin. nu. 359.

153

Infertur notabiliter ex ſupradicta conclusione quod delegatus † ab inferiore, a Principe poſſit ſubdelegare licet de iure contrarium caueatur Iacob. de S. Georg. in l. cum Prætor § Iudicem dare nu. 5. de Iudic.

154

Et vltra prædicta conſuetudo dicitur † altera natura Bal. l. 1. nu. 9. C. qui teſta: fa. poſſ. Imol. l. ſi quis poſthumos nu. 2. & ibi Alex. nu. 5. ff. de lib. & poſth. & ante eos gloſ. in. l. actor in gloſ. pen. C. de probat. Iacob. de S. Georg. in d. l. de quibus nu. 60. Mazol. conſ. 44. Ciuem Regienſem nu. 11. Menoch. conſ. 37. minori ſatis nu. 22. quodq; conſuetudo vertatur in naturam, & quod conſuetum eſt dicatur veluti † innatum confert quod dixit ſaluſt. in Bello Iugurtino vbi inquit mihi quidem omnem ætatem in bonis artibus egi bene facere iam ex conſuetudine, & ita poſt eum quem refert luc. de penn. in repet. d. l. miſſi nu. 5. verſ. generaliter C. de exact. tribut. lib. 10. & idem Cic. de

155

156

finibus

finibus 5. ideo apud Phisicos habet consuetudo præcipuam in Medicina vim
157 ita vt a clarissimis † Medicis natura aduentitia nuncupetur Galen. 7. Class. de off. Medic. comment. 3. nu. 20. fi. mihi 217. & idem Galen. 2. Class. de sanit. tuen. lib. 5. cap. 11. ff. fol. mihi. 93. ibi quippe qui cui libet rei insuescunt magna ex parte naturæ suæ conuenientem consuetudinem deligunt propterea quod ab his quæ non conueniunt subinde læsi ipsa repudient. quinimo secundum Bal. in l. 1. §. bestias ff. de postul. qui refert Philosophũ dicit am
158 plius † debere inspici cõsuetudinem quam naturam per illum tex, quod procedit etiã
159 in delinquendo, vnde ex mala vita † præterita præsumitur ad præsentem Io: Bapt. ferrett. cons. 168. punctus est vtrum nu. 6. lib. 1.

160 Dicitur etiam altera lex † & vim legis habere Ant. d. c. fin. num. 51. de Consuet. Imol. c. dilecti nu. 5. de Arbitr. Turr. Crem. c. consuetudines 11. distinct. Abb c. de vxore nu. 3. de sepult. Bar l. 1. §. deniq; in princ. ff. de Aqu. pluu. arc. Bal. d. l. de quibus nu. 3. in 2. lect. & in l. 2. nu. 2. C. quæ sit lon. consuet. Imol. d. §. deniq; nu. 11.

Ias.

Iaſ. in l. præſcriptione num. 9. C. ſi cõtra ius vel vtil. publ. iu Auth. iubemus nu. 2. & ſeq. de Iudic. & in d.l. de quibus nu. 7.
161 vbi Iudex non ſecus facit † litem ſuam iudicando contra conſuetudinem quam ſi coutra legem Iacob. de S. Georg. in d. l. de quibus nu. 2. Neuiz. conſ. 52. omnipotens Deus in princ. Socc. iun. conſ. 53. ex themate nu. 4.& conſ. 55. circa præſentem nu. 5.& conſ. 58. in cauſa inquiſitionis nu. 3. & conſ. 65. cum in præſenti nu. 30. & conſ. 133. in præſenti cauſa nu. 23. lib. 1. & conſ: 54.viſo elegantiſſimo nu. 11.& conſ. 60 videtur fortaſſe nu. 8. lib. 2. & d. conſ. 68.nu. 98. & conſ. 80. poſtquam circa nn. 51. & conſ. 98. conſideratis his nu. 5.lib 3. & conſ. 42. duo diſtincte nu. 14. lib. 4. Io Ceph conſ. 96. Piſtrinarij Ciuitatis nu. 14. lib 1. Rol. conſ. 52. quia clariſſimi nu. 22. lib. 3. & conſ. 13. alias conſulendo nu. 3.lib.4. & conſ 70.deductum nu. 4. lib. eo: Marc. Mant. conſ 231. ex forma ſtatutorum nu. 34. Menoch. conſ. 34. non mediocri dubitatione nu. 8.lib. 1. Burſat. conſ. 145. uictus appellans nu. 29. lib. 2. Concil. general lib 2. Thom 1. poſt relat. ſynod. orient. contra Eccleſ. in

Rubr.

Rubr. Exemplar libell. vers. sancta, & venerabilis synodus fol. mihi 553. Marant. de ordin. Iudic. 3. par. nu. 111. summ. Armill. in ver. consuetudo uers. arbiter. 8.
162 vbi quod qui tenetur pronunciare † secũdum iura potest consuetudinem prosequi, quodq; in loco quo viget vincat legem voluit Card. Put. decis. 176. dubitauit Dominus Rossanen. nu. 7: lib. 3; Immo quando
163 consuetudo est † approbatu per Papam habet vires Constitutionis Canonicæ Henr. Boich. c. 1. num. 5. de sponsal. & maxime
164 quando est clausa † in corpore iuris item
165 in casu quo derogat legi dicitur † maior lege ipsa Aym. cons. 969. Argute & copiose nu. 3. lib: 5.

166 Habetur etiam consuetudo pro † ueritate Bal. in prohem. ff. §. hæc autem nu. 2. & in l. Imo in addit. nu. 3. & in l. si de interpretatione in 2. addit. ff de legi. Rip. in l. quo minus nu. 41. de flumin. Alex. cons: 6. viso themate col. 1. vers. & talis consuetudo lib. 1. Dec. cons. 586. in causa quæ Mantuæ nu. 3. Socc. iun. d. cons. 68: num. 99: Aym. cons. 238: Vicarius Taurini nu. 8. Rol. a vall. d. cons. 13: nu. 5: lib. 4. licet
167 non sit proprie † veritas vt c. si consuetudinem

nem 8. diſtinct vbi quod Dominus dixit
168 ego ſum via, veritas † & vita non autem
dixit ego ſum conſuetudo ſed veritas.

169 Prǽterea dicitur actus † practicus Rol.
a vall. conſ. 32. uiſo proceſſu nu. 22. lib 2.
170 item quod conſuetudine cauetur † pro
expreſſo habetur Bal. l. 1. num. 14. C. de
fruct. & lit. expenſ. & ab illa non eſſe rece-
171 dendum † voluit idem Bal. in §. in his nu.
12. Inſtit. de empt. & vendit. Socc. iun.
conſ. 20. in præſenti conſultatione num.
3. lib. 2.

Vlterius in tantum valet conſuetudo vt
ſi lex aut ſtatutum non ſint vſu aut conſue-
172 tudine recepta † ſufficit etenim ſi nunquã
fuerunt obſeruata lapſum eſſe decemniũ,
annos autem 40. ſi fuerint aliàs firmata, ni-
hilominus non valent Iaſ. in l. rem non no
uam nu. 9. & 46. C de Iudic. & inibi etiã
173 nu. 3. dicit quod licet Aduocati † de iure
debeant iurare quod nòn defendent niſi
cauſas quas iuſtas putauerint. d. l. rem nõ
nouam §. Patroni, & alias aderat Conſt.
Greg. Decimi in c. præperandum de po-
ſtul. & ibi etiam quod cauſam contra con-
ſcientiam non recipient, ſed quam citius
deſperatam ſenſerint deſerẽt, tamen quod
de

174 de consuetudine † seruatur contrarium,&
ita communiter tenere Doct.testatur spec.
in tit. de Aduocat. vers.vtriusq; partis nu.
15. lib. 1: & ibi in addit. in uer. properan
dum dicitur dictam, Constitutionem
fuisse reuocatam: quia non est in sex-
to. bene tamen tenēt Doct: quod ista for-
175 ma † præstandi iuramentum ab Aduocatis
tolli non potest Ant. c. cæterum nu. 8. de
Iuram. column. vbi quod hæc consuetudo
non habetur licet modo Aduocati sibi de-
ferentes seruent hoc pro firmo, & licet ef-
fluxerint multi anni quibus non fuerit pręs-
stitum, nec fuerit petitum quod Aduoca-
176 ti iurent † de calumnia, tamen per hoc nō
est inducta consuetudo vt in futurum iura-
re non teneantur idem Ant.d.c.fin. nu:36.
Iacob. de S. Georg. d. l. de quibus nu: 42.
quando etiam aliquid consuetum est fieri
177 † dicitur necessarium non voluntarium
Bal l.quicunq; nu.20.C.de seru fugit.Pro-
178 pterea denegari non solent † secundum
Bursat. cons 193. Gonduxit Dominus Io-
179 seph: nu: 37: lib: 2: ideoq; Notarij debent
seruare formularia consueta Bal: in Rubr:
de Consuet. num: 30. & quod consuetum
180 est fieri † dicitur actum Aym.cōs.343.Ioā-
nes

nes Meifredi nu. 10. & conſ. 369. Pulchra
videnda nu: 17. lib: 3: & conſ: 926: ad mo
tiui nu. 10: lib. 5: Appellatur quoq; con-
181 ſuetudo delectabilis appetitus † poſt Ariſt.
Luc. de penn. d.l. miſſi in repet. nu. 5. nul
182 la autem eſt magis † delectabilis & fortior
quam ea quæ eſt conformis iuri communi
gloſ. in c. ſopitæ de Cenſibus Marant. de
ordin. Iudic. par. 3. verſ. Iudicij tela nu. 130.
ſed immo multo fortior eſt conſuetudo
183 † immemorabilis quæ habet præſumptio-
nem iuris & de iure pro ſe adeo quod con-
tra eam non admictatur probatio in cōtra
rium Aym. conſ. 21. Homines Sanctæ A-
gnetis nu. 12. & eam omnimodo ſeruan-
184 dam † eſſe dixit Imol. conſ. 68 in caſu prę-
185 miſſo nu. 3. de locat. etiam ſi non ſit † ra-
tionabilis ſecundum Card. Pariſ. conſ. 27.
in præſenti conſultatione nu. 52. lib. 1.
& licet et am neceſſario requiſita ad eam
186 † inducendam non interuenerint ſecundũ
Roman., conſ. 512. quoad primum num.
15. ſequitur etiam Carol. Ruyn. conſ. 143.
delictum de quo queritur num. 24. lib. 5.
Conſuetudo etiam dicitur habere vim de-
187 creti † & iuſticiæ Socc. iun. conſ. 2. vt prę-
ſentis nu. 10. lib. 4. iuſtamq; cauſam tri-

188 buere dicitur † ignorantiæ secũdum Aret. cons. 11. Procedendum est breuiter snb nu. 5. vers. quia consuetudo, & cons. 153. consultatio proposita nu. 3. futuris etiam
189 negocijs formam † dare dicitur Bal. l. si de interpretatione ff de legi & per Corn. cõs. 22. in præsenti consultatione nu. 30. lib.
190 3. & semper pręsumitur quod a iusta † causa ptocesserit Alex. cons. 123. Circa primum dubium nu. 2. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Legatornm interpretationibus seruanda est consuetudo loci vnde fuit testator qui fecit legatum.*

2 *Vulgaris consuetudo loquendi loci in quo habitabat testator attendi debet.*

3 *Iudicij ordinatorijs seruabitur consuetudo loci Iudicis in decisorijs autem loci contractus limitatur primum nu. 13. Ampliatur nu. 14.*

4 *Ferijs obseruandis iudicis consuetudo attendi debet non autem actoris aut rei.*

5 *Loci contractus consuetudo attenditur in decisorijs quando est personalis in reali respiciente Territorium consuetudo loci*

vbi

vbi res est sita attenditur nu. 6. Exemplum nu. 7.

8 *Matrimonium contrahentes consuetudinem loci contractus seruare tenentur etiam quoad boua alibi sita.*

9 *Loci rei consuetudo attenditur quando non sumus in contractibus sed circa decisoriá.*

10 *Loci Litigantium consuetudo attendi debet quando diuersæ sunt consuetndines litigantium, & Iudicis circa contractum.*

11 *Loci laicorum seruare debet consuetudinem Episcopus in decisorijs, in præparatorijs autem ipsius.*

12 *Clericus si litigaret in Curia seculari contra Laicum seruaretur consuetudo curiæ secularis in procedendo in decisorijs autem secus.*

15 *Iudex appellationis sequi debet consuetudinem primi fori super rectitudine processus.*

16 *Iudicis a quo consuetudo in actis iam factis iudicis ad quem in faciendis seruari debet,*

17 *Iudex Delegatus sequi tenetur consuetudinem loci in quo babuit commissionem circa præparatoria & ita reperitur prastica-*

ctum nu. 18.

19 *Iudex in decisorijs seruat consuetndinem litigantium, & quid si cum laico concurrat Clericus nu. 20.*

21 *Compromissum fieri si mandet consuetudo ligat etiam Clericum in foro seculari litigantem.*

22 *Feudulis causa determinari debet secundum consuetudinem feudorum etiam in Curia Ecclesiastica nisi ius Canonicum aduersetur.*

23 *Ecclesiastica causa finietur secundum ius Canonicum etiam in foro seculari etiamq; si Ecclesiæ non sit in corporata.*

24 *Clericos non ligat consuetudo generaliter loquens sed dubium est hoc dictum nu. 25.*

26 *Clericus quando ligetur consuetudine remissiue.*

27 *Leges contrariæ Canonibus seruari possunt in foro Canonico ita stante consuetudine.*

28 *Dotali materia quæ consuetudo attendatur & nu. 29. & nu. 32.*

30 *Error Angeli.*

31 *Locus contractus non attenditur vt alias fieri solet in lucro dotis.*

33 *Ieiunijs & vigilijs Sanctorum quæ consuetudo*

tudo ſeruanda ſit.

34 *Ambroſius* Romæ *Sabbatum ieiunabat Mediolani autem non.*

35 *Forenſes ligantur conſuetudine loci quo degunt in ieiuniis.*

36 *Cathalani in partibus noſtris carnes die Sabbati comedere nequeunt licet in eorum partibus vtantur.*

37 *Græcus in minoribus conſtitutus poteſt ſicut alij matrimonium contrahere tamen ad ſacros ordines nō promoueretur niſi voueret continentiam.*

38 *Clericus coniugatus ſi veniret ad partes noſtras poteſt vti matrimonio.*

39 *Error Inn.*

40 *Forenſes poſſunt comedere carnes Mediolani tempore, quo ex priuilegio Sancti Ambroſii Mediolanenſes veſcuntur carnibus, non tamen Mediolanenſes alibi degentes.*

41 *Loci vbi contracta eſt venditio conſuetudo ſeruanda eſt.*

42 *Venditionis contractu facto aliquot iugerũ terræ ſitæ in aliquo alio loco in menſurando attendenda eſt conſuetudo loci contractus non autem vbi terræ ſitæ ſunt.*

43 *Interpretandis contrahentium verbis con-*

suetudo loci contractus attendenda est.

44 *Solutione Facienda consuetudo loci vbi solutio fieri debet attendenda est.*

45 *Reconuentionis causa consuetudo loci, vbi fit reconuentio seruanda est.*

46 *Testamento condendo consnetudo loci in quo quis condit testamentum etiam quo ad bona quæ non sunt in loco conditi testamenti attendi debet, licet in loco quo adsunt bona sit diuersa consuetudo nu. 47.*

48 *Testamentum in Ciuitate Venetiarum condi potest ccram duobut testibus. & testamentum illud porrigetur etiam ad bona quæ sint alibi sita.*

49 *Testamentum marcatoris de Ancona conditum in Terris Soldani Babiloniæ ad quæ bona trahatur.*

Error Rocch. ibi.

50 *Testamentum conditum in loco vbi varia sit consuetudo ab eis quæ sunt in locis vbi bona sita sunt quo effectum suum porriget,*

51 *Testamento in condendo consuetudo Angliæ, & quò se protendet.*

52 *Error oldrad.*

53 *Testamenti in solemnibus quæ consuetudo seruanda sit.*

Ciui-

54 *Ciuitatis consuetudo an ligare possit extra ciuitatem homines illius, & quod robur probatorium etiam extra territorium habeat locum ne dum intra ciuitatem, & scriptura valida sit nu. 55.*

56 *Fructus superabundantes pupilli effici tutoris valet consuetudo, & extenditur ad annuos redditus, etiam extra patriam existentes.*

57 *Suburbijs si fiat testamentum Ciuitatis an extra ciuitatem consuetudo vigens seruanda sit.*

58 *Tributis exigen. consuetudo Regionis seruanda est,*

59 *Feudorum materia consuetudo loci vbi feudum sit attendi debet.*

60 *Contractibus consuetudo loci vbi celebratus est circa naturalia, & accidentalia attendi debet.*

61 *Verbis si sit dubium consuetudo loci proferentis attendi debet in vltimis voluntatibus.*

62 *Interpretatio fit contra eum pro quo profertur consuetudo in contractibus.*

63 *Instrumentis conficiendis consuetudo loci vbi conficiuntur seruanda.*

64 *Loci in quo quis delinquit consuetudo at-*

tendi debet licet sit ex traneus delinquēs.

65 *Loci vbi defunctus habebat domicilium in successionibus attenditur consuetudo, licet succedere volens sit forensis.*

66 *Loci vbi exequutio fieri debet seruanda est consuetudo in exequendo.*

QVESTIO NONA.

OCCASIONE etiam alterius particulæ in diffinitione appositæ ibi in loco, enucleandum est cuius loci consuetudo attendatur in quocum quæ casu dubitari contigerit & distincte procedendo subijcio plura capita.

1 Primum est in interpretationibus † legatorum tunc.n. seruanda est consuetudo loci vnde fuit testator qui fecit legatū Corn. consl. 244. videtur prima facie nu. 18. lib.

2 2. & quòd consuetudo vulgaris † loquendi loci in quo testator habitabat attendi debeat voluit Card. Paris. cons. 3. Videtur Dominum Diogenem nu. 51. lib. 3.

Secundum in causarum controuersia,

3 † & tunc aut sumus in litis ordinatorijs, & seruabitur consuetudo loci Iudicis In deci-

sorijs

ſorijs autem conſuetudo loci contractus quia ex contractu ius quæſitum eſt alteri Imol. in Rubr. de Conſuet. nu. 6. Hoſt. c. 1. nu. 3. eo tit. Abb. c. ex ſuſcepto nu. 14. de for. compet, & c. venerabilis nn. 2. de Iudic. &. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 19. de Conſtit. &. c. conqueſtus nu. 3. de ferijs
4 vbi quod in ferijs ſeruandis † non debet attendi locus rei nec actoris ſed Iudicis, Gemin. c. conſuetudo. 1. diſtinct. Bar. d. l. de quibus in repet. nu. 27. & in l. teſtium §. teſtes de teſti. in l. ſemper in ſtipulationibus nu. 3. ff de reg. iu. Bal. in. l. 1. in princ. ff. de Vſur. & in d. l. teſtium §. quoad teſtes & l. 1. ſub nu. 8. verſ. item dicit gloſa. C. quæ ſit lon. Conſuet. Salyc in l. 2. in princ. C quemadm. teſta. aper. Roman. conſ. 61. licet mihi magna nu. 3. & conſ. 367. Circa primum conſultationis articulum num. 11. & poſt Alex. Socc. ſen. Dec. & Curt. Iun. tenuit Rol. a valle conſ. 48. in preſenti cauſa nu. 2. lib. 3. Io. Mar. Rimin. conſ. 314. viſo themate nu 24. lib. 2. Celſ. Vgo couſ. 98. cum ſit iuſtitia nu. 4. Rocch. d. c. fin. nu. 757. Modern. Repet. d l. de quibus nu. 97. Quod circa ſecundum caput ſupra factum abſq; difficultate procedit

quando

5 qnando consuetudo est personalis † quia attenditur in decisorijs consuetudo loc. contractus cum respiciat personas & nor. Territorium Henr. Boich. c. cum venissent nu. 6. de eo qui mitt. in possess. caus. re seruan. si. n. 6 respiceret † non personas sec Territorium & essemus pariter in decisorijs inspicitur consuetudo loci vbi res est est sita secundum eundem Boich. vbi supra nu. 1. 2. 3. 4. & 7. vbi ponit exemplum
7 † in Parisiensi Diocesi in qua dicit vigere consuetudinem vt alter coniugum non possit alteri donare, neq; etiam sibi inuicem nec inter viuos nec in vltima voluntate disponere nisi donatio sit mutua, & talis cõsuetudo respicit bona constituta in Diocesi Parisiensi si autem consuetudo loci contractus non respiceret tantum personas vt supra, sed etiam bona secus esset, & ideo nõ
8 mirum si consuetudo loci contractus † attendenda est inter contrahentes matrimonium etiã quoad bona alibi sita Cels Vgo cons. 66. visis puncto, & facti contingentia nu. 7. Quando tamen non adesset con-
9 tractus sed versaremur circa decisoria, & tunc esset diuersa consuetudo litigantium inter quos non contigat dubitari super cõ-

tractu

tractu & tunc attenditur conſuetudo rei Imol..d.c.fin.nu. 33. Verum quando con-
10 ſuetudines Iudicis & † litigantium eſſent diuerſæ, ea quæ eſt litigantium attendi debet Hoſt. c. 1.nu. 4.de Conſuet. Vnde Epi
11 ſcopus † inter laicos in foro ſuo litigantes debet ſeruare conſuetudinem Laicorum etiam in deciſorijs, in præparatorijs autẽ illius conſuetudinem Petr.de Rauen. de.cõſuet. nu.184.Paul. Caſtr. in l. ex ea de poſtul. & ibi e, contra ſi Clericus litigaret
12 † in Curia ſeculari contra laicum ſeruaretur conſuetudo Curiæ ſecularis in procedendo, in deciſorijs autem ſecus.

Sed aduerte ad id quod ſupra dictum eſt circa per præparatoria, quod ſ. attendatur locus & conſuetudo Iudicis non procedere quando conſuetudo illa induceret
13 peccatum † quia ſi reſeruaretur in fine litis excommunicationis exceptio et quod interim actor excommunicatus audiretur non eſt attendenda talis conſuetudo Io. Ceph. conſ. 754. regula eſt nu 19.lib. 5.

14 Ampliatur † ſupradicta concluſio circa præparatoria procedere ſiue iudicium agatur inter duos laicos, ſiue inter Clericum, & laicum tunc.n. non concernit perſonam

quoad

quoad præparatoria sed causam vnde attenditur consuetudo Iudicis coram quo litigatur Luc. de penn. in repet. d. l. missi nu. 3.C.de Exact. tribut.lib. 10. Iacob. de S. Georg. in l. testium §. testes in princ. ff. de testi. & per Rol, a vall. d.cons.48.num. 3.lib. 3.

Declaratur quod quando sumus in
15 quæstione † super rectitudine processus, & agitur coram Iudice causæ principalis tunc Iudex sequi debet consuetudinem primi fori Rol d.cons.48.ad fi. vers. vlterius textus Goz. cons. 69. videtur prima facie nu.24. & seq. vbi quod consuetudo iudi-
16 cis † a quo attendi debet quando pronunciandum est ex actis iam factis,consuetudo autem Iudicis ad quem in faciendis Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 154. Gemin. c. consuetudo nu. 11. 1. distinct.

Declaratur secundo quod Iudex qui habet aliquam commissionem debet seruare
17 consuetudinem loci † ni quo habet commissionem circa præparatoria Gugl. de Ludouic. in sing. 37.lex allegatur,non autem consuetudinem quæ est in foro delegantis ita post Io. Andr.& Alex. reiecta opi Ang. tenuit Dec. in l. Solet nu. 10. ff. de Iurisd.

omn.

omn. Iud. Attenditur náq; cóſuetudo loci inquo cauſa agitur,& in cauſa Cõmunis Pa
18 triæ meæ vertente ſuper Paludibus † cũ Il luſtribus DD.Io.Paulo & Rodulfo de Ballionibus ſuper examinibus faciendis corã Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Petro Vrſino Epiſcopo Spoletano tunc temporis,& modo Auerſano meritiſſ. commiſſione DD. de Rot. Rom. ſuper quodam examine faciendo ad fauorem dictę communitatis de teſtibus ſine interprete, licet ſecus ſeruaretur in Vrbe,& ſic in foro delegantium poſt multas allegationes hinc inde factas tam coram, DD. delegantibus,quam etiam coram dicto D. delegato fuit reſolutum, & determinatum me etiam ita conſulente teſtes abſq; interprete examinari, & pro vt ſeruari ſolitum fuit in foro delegati, In deciſiuis autem indiſtincte iudex ſeruabit
19 † conſuetudinem litigantium Rocch. in Rubr. de conſuetudine nu. 61.

Dictum eſt autem ſupra quod quando
20 concurrit † Clericus in iudicio cum laico ſeruanda eſt conſuetudo Iudicis Secularis vbi cauſa agitur in præparatorijs, ſeu ordinatori s iudicij quod etiam voluit Abb: c. quod Clericus nu. 14. de for. compet:

vnde

vnde fi cõfuetudo dictet quod debeat fieri
21 compromiffum † inter affines ligat etiam Clericum in foro Seculari litigantem Roc ch. d.c. fin.nu. 671.
22 In deciforijs autem fi caufa † eft feudalis determinabitur fecundum confuetudinem feudorum etiam in Curia Ecclefiaftica nifi ius Canonicum aduerfetur Mazol. conf. 114. Reuer. Domine nu. 67. fi uero
23 fit de alia re † quæ fit Ecclefiaftica finietur fecundum ius Canonicum etiam in foro Seculari etiamq; fi Ecclefiæ non fit adhuc incorporata vt in legato aut hæreditate quæ peterentur Abb. vbi fupra nu. 15. & quod fupra dictum eft de confuetudine laicorum intellige quando generaliter non loqueretur quia tunc confuetudo generali-
24 ter † loquens non legaret Clericos Abb. vbi fupra nu. 2. quod etiam dictum non
25 firmo † quia immo quando generaliter loquitur valet confuetudo prout ftatutum fecundum Doct. in c. Ecclefia Sanctæ Mariæ de Conftit. in reliquis,autem capitibus
26 Clericum † concernentibus profequere ut per Abb. vbi fupra, & per felin. & Dec. in d. c. Ecclefiæ Sanctæ Mariæ quibus addo limitanda effe prædicta nifi adeffet confue

tudo

tudo quod leges contrariæ Canonibus
27 † seruarentur in foro Canonico secundum Gemin. c. de accusationibus post princ. 3. q. 5.

Tertium est caput quando sumus in ma
28 teria dotali † vt in lucro dotis si scilicet ad sit consuetudo in Ciuitate originis vxoris quod muliere præmoriente sine liberis uir lucretur dimidiam partem dotis, & in Ciuitate mariti ad sit alia cõsuetudo quod Lucretur solum tertiam vel nihil, si mulier decedat sine liberis seruabitur consuetudo Ciuitatis viri Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 9. Socc. iun. cons. 14. In præsenti consultatione nu. 7. lib. 1. Franc March. decis. 66. quæritur an in lucris in princ.

29 Ampliatur hæc conclusio licet † in Ciuitate uxoris fuerit celebratus contractus & alias consuetudo loci contractus seruari debeat Bar. Bal. & Paul. Castr. in l. exigere
30 dotem ff. de Iudic quicquid dixerit † ibi Ang. in fi. dum sentit attendi consuetudinem domicilij vxoris quando contractus est celebratus in domicilio vxoris &
31 ratio est † quare non attendatur hoc casu locus contractus prout regulariter in alijs secundum Bal. vbi supra: quia vxor ad

aliud

aliud domicilium trahitur ui matrimonij
32 hoc tamen non procedit † si in alio loco mortua sit vxor in quo sibi domicilium constituisset maritus quia locus domicilij quod habebat maritus tépore mortis vxoris considerari debet Salyc. in l. 1. nu. 6. & ibi Ias. nu. 26. C. de Summ. trin. & fi. Cathol. Alex. cons. 100. ex inspectione nu. 8. lib. 3.

33 Quartum quando sumus in † ieiunijs, & vigilijs Sanctorum seruandis: quia tunc seruari debet consuetudo loci vbi quis in dicto tépore reperitur, & propterea Diuus
34 Ambrosius † dicebat cum Romam venio Sabbatum ieiuno, cum Mediolani sum non ieiuno, iuxta illud cum fueris Romæ Romano uiuito more, & si sis alibi viuito sicut ibi. c. illa autem vbi etiam glos. 12. distinct. Vnde non attenditur consuetudo lo
35 ci vbi quis est natus & ideo aduenæ † & peregrini tenentur ad obseruantiam ieiuniorum, & abstinere a carnibus in loco quo uiget consuetudo vbi degunt Abb. c. 2. nu. 6. de obseruat. ieiun. & ibi loquitur
36 de Cathalanis † qui comedunt in istis partibus carnes die Sabbati qui quidem licet in eorum partibus vtantur tamen in partibus

bus nostris carnes comedentes peccarent prout etiam si non seruarentur ieiunia inducta per Ecclesiam Rocch. in d. c.fin. nu.
37 nu. 82. potest etiam poni exemplum † in Græco, & Græca qui si reperiuntur apud Latinos si Græcus esset in minoribus ordinibus constitutus sicut alij potest contrahere matrimonium tamen ad Sacros ordines non promoueretur nisi voueret continentiam secundum Imol.c. cum olim nu 7.de
38 Cleric. cõiug.& ibi quod si Clericus † cõiugatus venisset ad partes nostras posset vti matrimonio cum vxore nisi aliud habeat consuetudo,& hoc videtur approbare etiã Host. in c. cum secundum nu. 2. de temp. ordinat. quod etiam refert.Abb.quicquid
39 dixerit † Inn.quod scilicet propter scandalum tolerandum non sit: quia Host. durũ esse (inquit) quod matrimonium licet cõtractum propter scandalum separari debeat cum Græci matrimonio possint vti.c. vt Clericorum de vit & honest. Cleric. & sic quod veniant ad partes nostras non est separandum nisi contrarium habeat consuetudo, in oppositum autem eius quod dictum est confert quod voluit Porc. Instit. de iu. natural. §. sed & quod Principi

in fi.vers.ex quibus infertur vbi quod forē
40 ses † poterūt comedere carnes Mediolani
tēpore quo ex priuilegio S. Ambrosij Mediolanenses vescuntur carnibus quod tamē facere non poterit Scholaris Mediolanensis existens extra Mediolanum in studio, & merito exaggerat contra Scholares Mediolanenses Rocch. d. c. fin. nu. 737. vbi quod male faciunt comedēdo carnes post carnis priuium Romanum in Ciuitate Papiensi Patria dicti Rocch.

41 Quintum in venditione † & illius implemento: quia tunc seruanda est consuetudo loci vbi contracta est venditio & ideo si
42 fiat contractus venditionis † aliquot iugerum terræ sitæ in aliquo alio loco in mensurando attendenda est consuetudo loci cōtractus, non autem loci vbi terræ sitæ sunt Rol. a vall. cons. vlt in proposita quæstione nu. 7. lib. 3. & nu. 14. ibi & cons. 13. aliàs consulendo in princ. lib. 4. Pedem. decis. 114. quæsitum fuit nu. 3. licet idem Pedem. in fi. dicat quod maior Dominorum pars contrariam sententiam sequuti
43 sunt Ratio est quia † in interpretandis cōtrahentium verbis attendi debet consuetudo loci contractus Natt. cons. 192. lata fuit

fuit olim nu. 2. lib. 1. ſed quantum ad ſo-
44 lutionem faciendam eſt attendenda † con-
ſuetudo loci vbi ſolutio fieri debet Rayn.
de monte Vbia inter conſilia vlt. volunt.
conſ. 14. In Ciuitate Lucana nu. 20.

Sextum caput eſt quando ſumus in ca-
45 ſu † reconuentionis: quia tunc ſeruanda
eſt conſuetudo loci ſeu fori vbi fit recon-
uentio Abb. ſecundum opi: vltimo loco a
ſe relatam in c. quod. Clericis num. 24. de
for. compet.

46 Septimo in teſtando, quia † attenditur
conſuetudo loci in quo quis condit teſta-
mentum etiam quoad bona quæ non ſunt
in loco conditi teſtamenti, & propterea ſi
47 ſint † conſuetudines diuerſæ in duobus lo-
cis in quibus bona poſſideat teſtator, & fa-
ciat teſtamentum ſecundum conſuetudinē
vnius loci teſtamentum operabitur effectū
ſuum etiam quoad bona exiſtentia in alte-
ro loco vbi diuerſa ſit conſuetudo Bar. l.
cunctos Populos nu. 34 Bal. nu. 85. Salyc.
nu. 12. vbi cōmunem teſtatur C. de ſumm.
trin. & fi. Cathol. Iaſ. in l ſi arrogator nu.
40. ff. de adopt. Alex. conſ. 128. Conſide
ratis verbis nu. 2. lib. 1. vnde infertur ad
48 conſuetudinem Ciuitatis † Venetarium,

quæ habet quod testamentum coram duobus testibus conditum valeat si Venetus qui testari non poterit extra territorium etiam cum duobus testibus faciat testamentum Venetijs vtiq; habebit locum testamẽtum etiam quoad bona alibi sita Imol. c. cum olim nu. 11. de Cleric. coniug. Petr. de Rauen. de Consuet. nu. 204. & subdit ibi nu.seq. de quodam mercatore d Ancona
49 na † qui fecerat testamentum in Terris soldani Babiloniæ licet Rocch.in. d.c. fin.nu. 717. hoc videatur restringere ad bona sita in loco consuetudinis, & non bene per prædicta.

50 Itemq; infertur ad Aliam † consuetudinem Tholosæ quæ habet quod pariter testamẽtnm valeat coram duobus testibus conditum, in Cathalonia autem requirũtur septem, in Nauarra quod non valet testamentum nisi coram Episcopo seu eius Vicario, & quidam Cathalanus habens bona in Nauarra, Tholosa, & Cathalonia condidit testamentum Tholosæ cum duobus testibus dicitur quod valet & trahitur tam ad bona sita in Tholosa vbi condidit testamentum quam etiam ad bona quæ habebat in Nauarra,& Cathalonia postquam

hæc

hæc ordinem & ſolemnitatem teſtamenti non autem ipſius ſubſtantialia reſpiciunt Card. Florent. in clem. ſæpe §. & quia nu. 12. de verb. ſign. vbi etiam ponit exemplū circa ſubſtantialia teſtamenti eſt. n. conſue
51 tudo in Anglia † quod vxor ſuccedat in ter tia parte bonorum mariti & in Italia quod in nullo ſuccedat, ſi Italicus habens uxorem in Anglia. & bona vtrobiq; decedat in Italia, & nihil legat vxori valet teſtamentū quoad bona Italica nō autem quoad bona Anglicana Propterea conſuetudo loci in bonorum ſucceſſione attenditur in bonis ibi ſitis Io: Calder. cōſ. 17. ſtatuto Ciuitatis cauetur nu. 2. de Conſtit. ex quibus
52 cenſeo † male conſuluiſſe Oldrad. conſ. 248. Præſuppoſita conſuetudine col. 1. uerſ. ſed contrarium credo ubi quod conſuetudo ſuper dimidia lucri applicāda vxori ſuperſtiti ſecundum conſuetudinem Pariſienſem non ligat extraneū a dicta Ciuitate ibi teſtamenrum condentem, circa ſolemnia verò teſtamenti adhuc negat ſeruā-
53 dam conſuetudinem Patriæ † in qua quis condit teſtamentum cum tam falſum hoc ſit vt per doct. ſupra alleg. facit in ſimili quod alias dicebat Bal. in l. Mediterraneæ

in primo not. C. de Annon. & trib. lib. 10.
54 vbi quod consuetudo vnius † Ciuitatis potest ligare homines illius etiam extra Ciuitatẽ & quod etiam voluit Ias. in l. si non speciali nu. 3. C. de Testa: vbi quod con-
55 suetudo quæ dat † robur probatorium scripturæ facit quod illud robur probandi habeat locum non solum intra Territorium, sed etiam extra vt ibi, & ad idẽ facit quod voluit Paul. Castr in cons. 374. super istis dubijs in primo quæsito lib. 2. vbi quod
56 Consuetudo disponens fructus † super abundantes pupilli effici tutoris extẽditur ad annuos redditus etiam extra Patriam existentes, & quod talis est consuetudo vigens in Cauodistria, & tamen extenditur ad bona quæ pupillus habet Venetijs.

Sed hic cadit dubium. adest consuetudo in Ciuitate testandi vno modo alia autẽ extra Ciuitatem, & fieri contingit testa-
57 mentum in suburbijs † quæ nam consuetudo seruanda sit, & quidem Bal. in l. 2. nu. 2. uers. secũdo quæro C. quemad. test. aper. determinat quod seruanda est Consuetudo Ciuitatis.

58 Octauum est in tributis exigẽdis † quia seruabitur consuetudo regionis Bal. l. missi

nu. 2.

nu. 2. C de Exact. tribut. lib. 10.

59 Nonum in materia feudorum † in qua conſuetudo loci vbi feudum ſitum eſt attendi debet in deciſione feudalium cauſarum Card. Pariſ. conſ. 21. diſpoſuere iura nu. 14. lib. 1. & conſ. 13. attingendo articulum nu. 18. lib. eo.

60 Decimum in contractibus † in quibus circa naturalia, & accidentalia diſpoſitionis attenditur conſuetudo loci vbi celebra

61 tus eſt contractus ſi autem ſit dubium † ſuper verbis attenditur conſuetudo loci ſeu regionis proferentis ſi tamẽ ſimus in vltimis voluntatibus, in contractibus autem

62 fiet † interpretatio contra eum pro quo profertur Bar. l. nummis ad fi: ff. de leg. 3.

Vndecimum in inſtrumentis conficien-

63 dis † quia erit ſeruanda conſuetudo loci vbi conficiuntvr Bal. in Rubr. C. de fi. inſtr. nu. 50. Petr. de Rauen. de Conſuet. nu. 153.

64 Duodecimum in materia † delicti quia attenditur cõſuetudo loci in quo quis deliquit licet ſit extraneus delinquens idem Petr. de Rauen. nu. 153. vbi ſupra.

65 Decimũ tertium in ſucceſſionibus † quia attenditur conſuetudo loci vbi defunctus

habebat domicilium licet volens succedere sit forensis Rocch. d. c. fin. nu. 724.

66 Decimum quartum in materia † exequutionis, in exequendo.n. seruanda est consuetudo loci vbi exequutio fieri debet idem Rocch. d. c. fin. nu. 783.

SVMMARIVM.

1 *Probanda est consuetudo per allegantem de necessitate.*

2 *Probatio consuetudinis est difficiiis, & fere impossibilis.*

3 *Obseruanda est consuetudo antequam examinetur vt dum stat dubia.*

4 *Immemorabilis consuetudo probatur per solam famam, item si testes deponant quod communis opi: est memoriam non esse in contrarium, & vidisse obseruari suis temporibus & a suis maioribus audiuisse sic obseruatum nec vidisse nec audiuisse quenquam qui aliàs viderit obseruare præter id quod teneatur dicere actus nu. 5.*

6 *Probatione plena indiget consuetudo regulariter.*

7 *Probanda consuetudine quomodo testes debeant deponere:*

Pro-

8 *Probatio consuetudinis non fit per auditum. & per dues testes fit probatio nu. 10.*

9 *Intellige.*

11 *Probari consuetudo potest in litis ordinatorijs summarie, & sine scriptis, & Iudex potest sese informare ab Advocatis & procuratoribus etiam parte absente, & testibus non iuratis.*

12 *Probatio consuetudinis in ordinatorijs leuis præiudicij, ideoq; leuioribus probationibus contenta est.*

13 *Felin. declaratur.*

14 *Probatio consuetudinis per instrumenta facilis est pluribus tamen instrumentis probari necesse est nu. 15.*

16 *Notoria dicitur consuetudo per instrumenta probata & alia non requiritur probatio nu 17.*

18 *Notoriam consuetudinem aliter quam pro instrumenta quomodo probent testes.*

19 *Notoriæ consuetudines etiam in tota Prouincia non ita exacte probandæ sunt.*

20 *Notoriam consuetudinem probans releuatur ab onere probandi particularem.*

21 *Notoria consuetudo particularis probatur per testes non iuratos & absente parte receptos.*

Proba-

22 *Probatio consuetudinis quæ fit per priuilegia facilis est.*

23 *Libri officij probant consuetudinem, sed non ita simpliciter nu. 24.*

25 *Inuentarij solemnitatis diminutiua consuetudo non probatur quod ita alias sunt facta nisi etiam quod istis sic confectis fides dabatur.*

26 *Librorum per inspectionem probatur consuetudo non scribendi.*

27 *Notoria dicitur consuetudo negatiua non scribendi.*

28 *Clausula codicillaris quia de generali consuetudine apponitur in testamentis non eget probatione.*

29 *Clausulæ cansuetæ apponi habentur pro appositis.*

30 *Generales consuetudines ignorare non licet & vide exempla nu. 31.*

32 *Allegare opus est generales consuetudines, sed contrarium num. 33. secus tamen nu. 49.*

34 *Declaratur.*

35 *Notoria consuetudine resultante ex actis supplet Iudex etiam quod non allegetur.*

36 *Calumnia vbi est euidens Iudex potest repellere partem.*

Libel-


Secundo in acquiſitionibus diminiorũ,
2 vnde valet conſuetudo vt alteri † per alterum acquiratur Dec. l. certi condictio §. ſi nummos nu. 3.ff. ſi cert. pet.

Tertio in agendo, vnde ſemper com-
3 memoranda eſt conſuetudo in agendo † & in libello eſt proponenda Io: Fabr. in §. ex non ſcripto nu. 12. Inſtit.de iu.natural.Modern. Repet. in d.l.de quibus nu. 115. Alber. de ſtatut. lib. 1. q. 142. num. 3. Bal. §. omne autem ius nu 47. Inſtit.de iu. natural. vbi quod ſufficit commemorare factũ
4 † ex quo reſultat conſuetudo.

. Aduertendum tamen est quod si formetur libellus super consuetudine, & re vera non erat consuetudo sed statutum libellus non valet † tanquam quod posuerit
5 bellus non valet † tanquam quod posuerit ineptam actionem, & sic cadit a causa si probet de statuto Bar. d. l. de quibus in fi. quem sequitur Aret. in d. § ex non scripto. in princ. Instit. de iu. natural. Ant. in repet. d. c. fin. sub nu. 65. vers. sed est dubium de Consuet. vbi etiam Rocch. num. 563. Modern. Repet. d. l. de quibus num.
6 117. & ibi quod absoluitur reus † ab inepta petitione nisi adsit clausula ius & iusticiam ministrari, & ibi etiam quod quidam Aduocatus in Ciuitati Remensi ex hoc fuit derisus, vnde aduertendũ ne simus de illis idem Petr. de Rauenn. de Consuet. nu.
7 152. E contra etiam si quis † intentauit ius commune vel statutum, & probauit de consuetudine idem dicendum est, scilicet quod reus conuentus debet absolui, & actor succumbere reseruato sibi iure iterũ agendi iux. l. Bebius ff. de Pact. dotal. ita Ang. d. l. de quibus nu. 37. similiq; modo Iu
8 dex potest spernere libellum † formatum contra cõsuetudinem sicut contra ius Roch. d c. fin. nu. 144. In criminalibus autem talis

talis inoleuit conſuetudo vt dicatur in li-
9 bello accuſationis † Quare peto reum pu-
niri iuxta formam iuris, & ſtatutorum, &
ita eſſe de conſuetudine teſtatur Iul. Clar.
in pract. crim. §. fin. q. 12. nu. 23.

Illud autem ſciendum eſt quod qui vult
10 vti conſuetudine † in præiudicium tertij
primo debet offerre quod eſt conſuetudi-
ne ſolitum offerri Ang. l. venditor §. ſi con-
ſtat in princ. ff. commun. præd. vbi exem-
plificat in conſuetudine ſodalium capien-
tium victualia in Territorijs per quæ tran-
ſeunt ex pacto licito ſoluto præcio iuſto;
quia denegari poteſt eis tranſitus ſi ea ſol-
uere nolunt, & facit etiam diſpoſitio d. §.
ſi conſtat vbi in lapidicinis de ſolo alieno
excidendis quia ſtante ſic conſuetudine ſol
uendum eſt domino præcium.

Quarto in alienationibus.

Primo infertur quod valet conſuetudo
quod in alienationibus rerum Eccleſiaſti-
carum immobilium non requiritur cõſen
11 ſus † ſuperioris laſ. d. l. de quibus num. 61.
Card. Pariſ. conſ. 13. attingam articulum
nu. 24. lib. 1. quemadmodum etiam fieri,
12 poteſt vt per † conſuetudinem res Eccle-
ſiaſticæ ſub certa alia forma vẽdantur quã

sit in iure expressum secundum Rot.Rom. decis. 1. in princ.de consuet. in antiquis. Secundo infertur quod consuetudo vt certæ alienationes simpliciter factæ valeant,
13 non immutatur ex eo quod aliqui † formi midolosi fortasse pro talium alienationum robore faciant illas sibi a Principe remicti, & confirmari Socc. Sen. cons 61. super questine de qua queritur sub num. 4. vers. item actus petendi lib. 3. Socc. iun. cons. 65 cum in præsenti casu nu. 42 lib. 1.

14 Quinto Attenditur consuetudo † in appellationibus.

15 Infertur ad Consuetudinem † quæ augere potest dies & tempus ad appellandum.c. venientes de Iureiur. Petr. de Rauen. de consuet.nu. 11. Bal. in Rubr. de Consuet. nu. 5.Ang. in l diuturna nu. 5.ff. de legi.

16 Sexto in Aurifodinis † Afflict.decis.321. in Regia Cam. nu. 3.

Septimo Attenditur consuetudo in Ba-
17 ptismo † vnde consuetudo valet si dictet ego te baptizo in nomine Christi,Patris,&
48 Spiritus Sancti † Abb. post Inn. in c. 1. de baptism. vbi quod ita fit in Calabria.

19 Octauo in Benedictionibus †

Primo infertur ad consuetudinem vt licet

20 cet † benedicens ſecundas nuptias incurrat
pœnas de quibus in c. 1. de ſecun. nupt.
tamen conſuetudo poſſet facere pœnam
arbitrariam, & modificare Abb. d. c. 1.
num. 5.

Secundo infertur ad conſuetudinem in-
ter Clericos vt nullus, Sacerdos minor au
21 deat benedicere † rem aliquam non innu-
ente aliquo Sacerdote ſuo maiore Thom.
2. Concil. in Synod. Roman. ſub Nicol. 1.
in reſcript. tit 2.

22 Tertio infertur quod licet ſponſus † &
ſponſa ante conſumationem matrimonij
benedicantur ante valuas Eccleſiæ tamen
ſtante conſuetudine poterunt benedici an-
te Altare, & hanc eſſe ſeruandam voluit
Abb: c. conſultationi nu. 2. de ſponſal.

Nono Attenditur conſuetudo in bene-
23 ficijs † Hoſt. c. auaritiæ nu. 3. de preben.

Primo infertur ad conſuetudinem San-
cti Antonij Viennenſis quæ habet vt bene-
ficia eius ordinis conferantur profeſſis il-
24 lam regulam † non habito reſpectu ad ton
ſuram & caracterem Clericalem Pariſ. cóſ.
125. An collatio nu. 19. lib. 4.

Secundo infertur ad conſuetudinē qua
25 induci † poteſt vt fructus beneficij vacan-

tis per aliquod tempus ad defunctum pertineant, eiusq; heredes Didac. Conarr. c. cum in officijs sub nu. 9. vers. est & egregius de testa.

Tertio infertur consuetudinem facere
26 nos † cognoscere naturam beneficij an sit electiuum vel ne Rip. resp. 5. Iulius Papa nu. 2. de Rescript.

Quarto infertur quod licet de iure communi potestas conferendi beneficia parti-
27 cularia spectet de Episcopum, & † Capitulum simul. & sic copulatiue ita vt non possit vnus sine altero, tamen contraria consuetudo facere potest vt spectet aut ad Episcopum tantum, aut solum ad Capitulum pro quo facit. c. cum Ecclesia Vulterana in fi. de Elect. c. cum venerabilis de cõsuet. c. tuarum de Auth. & vsu Pall. & Ant. in c. fin. circa fi. de suppl. negl. Prælat. Abb. cons. 67. condescendendo nu. 3. lib. 1. vbi quòd consuetudine potest ad solum Capi-
28 tulum † pertinere receptio Canonicorum quod trahi potest ad consuetudinem Eccle-
29 siæ S. Mariæ Maioris † Patriæ meæ quæ habet consuetudinem conferendi Capellas, & in dicto loco non reperitur alia Ecclesia quæ ista iura Episcopalia habeat quæ

etiam

etiam competebant in Collationibus Prioratuum, vltra Canonicatus, sed tamen adest reg. Canc. reseruatoria circa dignitatem.

Quinto infertur ad consuetudinem quę viget in Vngaria, Anglia, Apulia, & Francia

30 vt Reges † habeant potestatem conferendi in Regnis suis præbendas quia hoc possunt facere stante consuetudine immemorabili Andr. Barba inter consilia Alex. cons.74. viso puncto nu. 10. lib. 4. Socc. iun. cons.65.cum in præsenti nu. 32.lib.1.

Sexto infertur ad cõsuetudinem vt Epi-

31 scopus pro iucundo aduentu † possit creare nouum Canonicum etiam si numerus sit taxatus & iuratus si præbendæ non sint distinctæ Rot. Ron. decis. 11. vtrum valeat consuetudo quod Episcopus per tot. de consuet. in antiq. felin. c. constitutus nu.23. de rescript. licet corrupte legatur in lib. meo Rot. decis. 2.

Septimo infertur ad consuetudinem vt

32 vacante † præbenda in Ecclesia Collegiata Prior eam conferat Canonico antiquiori volenti dimictere suam præbendam etiam si existant expectantes Apostolici, Oldrad. cons. 285. allegationes col. 1.

Decimo in bonis Clericorum, vnde cõ-

suetudo facere potest vt clerici de bonis
33 quæ adepti † sunt ex redditibus Ecclesiarum libere testentur, in vltimaq; voluntate disponant, & distribuant, & vt in eisdẽ intestati decedentes successores habeant sibi coniunctos Couarr. clem. in officijs nu. 2. de testa. vbi maxime locum habere dicit si sit immemorabilis, licet contrarium tenuerit Rocch. quem ibi citat.

Vndecimop attenditur consuetudo in
34 capturis † ideoq; non licet Scholares pro aliquo delicto in scholis capere & extrahere vt post Doct. quos allegat esse de consuetudine testatur Iul. Clar. in pract. crim. §.
35 fin. q. 30. nu. 26. sed contrarium † seruatum est in Curia Perusina vt supra dixi
36 q. 1. quoò verò ad Palatia † Cardinalium dum idem Clar. testatur de consuetudine nu. 27. vbi supra forte difformis reperitur consuetudo.

Duodecimo In carcerando vnde consue
37 tudo facere † potest vt debitor possit pro debito in carcerem detrudi Rip. l. obligatione nu. 21. de pignor.

Decimotertio In esu carnium faciẽdo, & non faciendo certo tempore vnde consue-
38 tudo facit nos abstinere † debere ab esu car

nium

39 nium die Sabbati sub præcepto.n.alias † ca
nones non prohibebant dicta die esum car
nium vt not. in c. de esu carnium de con
secr. distinct. 3.&c. quia dies de consecrat.
distinct. 5. & ideo non immerito dicitur
in c. fin. de obseruat. ieiun. quod tantum
40 † sexta feria quæ est dies veneris si festum
Natiuitatis Domini in ea occurrerit licitũ
est comedere carnes non etiam dicit de die
Sabbati, quia si licet in die Veneris multo
magis die Sabbati licet non dicatur quia
aliàs non erat prohibitum,& ideo non ob-
stante consuetudine in isto magno festo vi-
demus die Sabbati comedi carnes sicut in
sexta feria, & contigit de anno 1582. qui
41 fuit renouatus †& indistincte apud Catha-
42 lanos comeduntur † dicto die Sabbati (si
credimus doct.) carnes vt dixi supra, ex
quo apud eos non adest talis consuetudo
43 Decimoquarto in Cathedratico † præ-
stando Episcopo c. fin. de off. Archid. & c.
seruitium 18. q. 2.
44 Decimoquinto in causis decidẽdis† luc.
de penn. in repet. l. missi nu.3.C. de exact.
tribut. lib. 10.

Decimosexto In celebratione missarum
45 † vnde quando sacerdos cantat Euangeliũ
debet

debet stare in apparatu diaconali nisi consuetudo dispenat contrarium glos. in c. Ecclesiastiea. 23. distinct. & ibi dicunt
46 Canonistæ quod Manipulus † quem gestat Subdiaconus in manu sinistra est de consuetudine ita Petr. de Rauen. de consuet. nu. 249.

Decimoseptimo attenditur consuetudo
47 in cessionibus † bonorum vnde diuersæ reperiuntur in diuersis locis consuetudines super cedendo bonis, & præsertim in Vr-
48 be † in Ciuitatibus Auenionensi, Papiensi, Laudensi, Melitensi, Ariminensi, & alijs partibus Italiæ quarum varios ritus, & quidē ignominiosos obbrobriosósq; cōmemorat Matth. Brun. in tract. de cession. bon.
94 q. 6. princ. nu. 6. quas non valere † ibi annuit, & clarius hoc firmat Rol. a valle cōs. 7. quod beneficium num. 12. lib. 2. Aym. de Antiq. temp 4. par. §. videamus nu. 42.
50 ad refrenandum † autem eos qui in facultatibus aliquorum anhelant, per mot. proprium fœl. mem. Pij PP. iiij. vltra alia pro-
51 uisa biretum viride † deferre tenentur, & plenius prouisum apparet per bo. me. Pij PP. v. cum tamen ad modum illa rigorosa
52 † prouiso visa sit, nunquam vidi eam in

practica

practica receptam, & ſi inſpiciatur optima menſ. illius Sancti Patris non eſt cenſenda illa prouiſo iniqua ſi in caſu quo loquitur intelligatur; forte. n. non nulli abſtinuiſſent a ſimilibus.

53 Decimooctauo in citationibus †

Primo infertur ad conſuetudinem quæ
54 indiſtincte ſeruat quod quis poſſit † citari die feriata in honorem Dei pro alia die non feriata Grat. reſp. 78. viſo caſu ad fi. lib. 2.

Secundo infertur quod licet in abſolutione a iuramento non requiratur partis ci
55 tatio † contrarium tamen fieri poteſt conſuetudine idem Grat. reſp. 23. video in præſenti cauſa nu. 11. lib 2. Mar. Anguiſſol conſ. 42. in controuerſia vertente nu. 85. vbi teſtatur de Conſuetudine Epiſcopi Placentiæ.

Tertio infertur quod licet de iure cita
56 tio † reddatur nulla non præcedente commiſione iudicis de qua in actis apparere debet, tamen de conſuetudine poteſt ſeruari, & ſeruatur cõtrarium Rol. a vall. conſ. 32. primo quidem aſpectu num. 20. lib. 1. & ibi nu. ſeq ſubdit vnum not dictum ſcilicet quod conſuetudo iſta debet intelligi

quando

57 q̃n citatio fit in foro citantis† non aũt quã-
do requirendus est iudex alterius Territo-
rij per literas subsidiales vt citetur quis exi
stens, & domicilium habens in sua iurisdi-
tione, quia tunc dicta consuetudo non
proficeret.

Quarto infertur vt consuetudo possit
58 dare † iurisditionem iudici vt citet aliquẽ
in Territorio alterius Petr. de Rauen. de
consuet. nu. 249. Bal. l. testium §. fin. per
illum tex. ff. de testi.

Quinto infertur ad Consuetudinem vt
59 in citationibus inseratur † tenor accusa-
tionis seu inquisitionis, & hanc consuetu-
dinem vigere in Ciuitate Perusiæ testatur
Bar. in l. inter accusatorem sub nu. 6. uers.
contrarium ff. de public. iudic. sed si Bart.
60 hodie † rediret contrarium in eadem cu
ria seruari videret: Nunc.n. non inseritur
amplius iste tenor, & forte est melius in
odium delinquentium, qui sic non possunt
addiscere Thema eorum examinis ab Ad-
uocatis sicut prius faciebant, innocẽtes ve-
rò pertimescere non debent dicere verita-
tem quæ verborum adminicula non de-
siderat.

61 Decimonono In collectis † soluendis
Marc.

Marc. Mant. conſ. 40. certe in præſenti cauſa in princ. Burſat. conſ. 161. dum Magnificus nu. 19. lib. 2. Socc. iun. conſ. 49. quoniam ex facto nu. 26. lib. 1. vbi quod
62 † poteſt adſtringere forenſes ad eas ſoluendas licet aliàs de iure non teneantur idem Soc. cõſ. 98. cõſideratis his nu. 6. lib. 3. Rol. a vall. d. conſ. 79. nu. 81. lib. 3. ita pariter
63 attenditur † in collectis non ſoluendis ſiluan. conſ. 60. conſiderato tenore nu. 13. & conſ. 88. Amicus Plato nu. 31. vbi quod
64 conſuetudo poteſt dare, & tollere † immunitatem a collectis, & ꝙ in hoc plus opera-
65 tur conſuetudo quam Reſcriptum † Principis, vt voluit idem Siluan. conſ. 59 ſuper queſtione ſub nu. 17. verſ. tamen dicta conſuetudo.

Primo infertur ad conſuetudinem vt
66 forenſis † pro rata bonorum quæ poſſidet in loco conſuetudinis ſoluat collectas, Alex. d conſ 68. nu. 12 lib. 2. Carol. Ruyn. conſ. 116. uiſa ac bene intellecta nu. 3. lib. 4. pariterq; valet conſuetudo vt teneatur
67 ad munera perſonalia † vt eſt onus cuſtodiæ portarum ſecundum Rocch. d. c. fin. nu. 170. Petr. de Rauen. de conſuet. nu. 233. & quidem ſufficit vt ſupra dicta conſuetu-

gnaret naturali equitati ideoq; iniqua cenſeretur conſuet. etiam antiqua vt ruſtici teneantur ſoluere id ad quod ciues tenentur, & ſic ſi collectarentur ad Ciuium exonerationẽ Ruyn.d. cõſ. 16.nu.9.lib.4 prout faciunt quædam loca conuicina Patriæ
72 meę Non.n. valet cõſuetudo.obligans † vnũ pro altero Aret. conſ. 29. diligenter & mature nu. 17.

73 Vigeſimo, in compatribus † faciendis vnde licet ius diſponat quod quis non capiat plures compatres in baptiſmo c.fin.de cogn. ſpirit. lib. 6. tamen contratria con-
74 ſuetudo † tenet Rocch. d. c. fin. num. 154.
75 ſed hodie non poſſet induci † talis conſuetudo nec inducta valeret cum ſit in contrarium diſpoſitio Conc. Tridentini Seſſ. 24. de reformat.cap. 2.quæ ad ſummum admictit vnum, & vnam.

Vigeſimoprimo, attenditur in compen-
76 ſationibus † vnde conſuetud. facere poteſt quod in quibuſcunq; cauſis inter fiſcum
77 † & priuatum expenſæ compenſentur ſed hoc intelligitur in magiſtratibus Ducalibus non autem in alijs extraneis magiſtratibus quia ſuccumbens in cauſa tenetur reficere omnimodo expenſas Pedem deciſ.

29.&

29. & si num. 15.

78 Vigesimosecūdo, in cōdemnationibus †

79 Primo infertur ad consuetudinem † vt cōdemnatio sequi possit licet pro parte tā tum probatum sit delictum, & pro alia non quia procedit condemnatio pro ea parte pro qua est probatum & hoc quia in querelis dici solet Quare petit pro prædictis & quolibet eorū & cætera: in libello aūt inquisitionis apponi faciunt cauti Iu-

80 dices † super quibus omnibus & singulis &c. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 66. sub nu. 5. vers. scias tamen. Secundo infer-

81 tur quod licet ad condemnandum † Cardinalem Episcopum de iure requirantur. 72. testes, Cardinalem Presbiterum 44. & Cardinalem Diaconum 28. testes tamen de consuetudine contrarium seruatur Clar. vbi supra nu. 6.

82 Vigesimotertio, in conductionibus † vnde infertur ad consuetudinem quæ habet quod conductores deberent certum quid soluere hoc enim casu consuetudo ligaret quoscunq; conductores ad soluendum illud per inde ac si expresse in contractu deductum esset Alex. cons. 190. mature digestis nu. 10. lib. 2.

Vige-

Vigesimoquarto, in cõfirmationibus,&
83 ideo est consuetudo † Ducis Ferrariæ Prin
cipis oĩ laude dignissimi qui non consueuit
cõfirmationẽ cõcedere nisi impetrationis
tẽpore ambæ partes consentiant secundũ
Io. Ceph. cons. 91. supplicauit. Illustris.
in princ. lib. 1.

Vigesimoquinto, in confiscationibus
84 † Alex. cons. 13. consideratis his num. 18.
lib. 6. vbi quod consuetudo dat ius confiscandi.

Vigesimosexto, in consecrando, vnde infertur ad consuetudinẽ consecrandi de
85 pane Azimo † vt est consuetudo apud latinos ex pluribus quidem rationibus inducta primo propter institutum Christi qui hoc Sacramentum instituit primo die Azimorum Matth. cap. 26. Marc. 9. & Luc. 22., secundo quia panis est proprie Sacramentum Corporis Christi quod sine corruptione conceptum est, tertio; quia Magis competit sinceritati fidelium 1. ad Corinth. ibi Pasca nostrum imolatus est Christus itaq; epulemur in azimis senceritatis, & veritatis, quarto quia est ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ quæ fundata est super petram Apostolicæ fidei non autem

86 per Græcos † apud quos Hæretici & Here
siarchæ producuntur ita Turr. Crem. c. in
Sacramento nu. 8. de consecrat. distinct. 2.

Vigesimoseptimo, in contractibus vnde si quis mihi tenetur facere instrumen-
87 tum super certo contractu † obligatur ad
faciendũ cum clausulis consuetis & sic secundum consuetum loci Alex. in l. si finita
88 nu. 2. ff. de dann. in fe: & Notarius † censetur rogatus apponere clausulas solitas &
consuetas, vt post Bal. Alex Ias. Dec. Rip.
& Paris. voluit Menoch. d. cons. 37.
num. 70. lib. 1. Nam quod est consue-
89 tum videtur conuenire † Glos. in l. si fundus §. in commissoria in ver. exigat ff. de
90 leg. Commiss. & factum præsumitur †
quod consuetum est fieri Bal. in l. neq; 1.
C. de Nupt. & Socc. iun. cons. 61. in spectis & diligenter consideratis nu. 34. lib.
2. & quòd consuetudo tacite informet
91 † contractum, voluit idem Bal. in l. quod
si nolit §. si plures in antiq. lect. nu. 3. ff.
de edil. edi. late per Dec. in l. semper nu.
7. de reg. iu: vbi si non apparet quid in
92 contractu gestum † sit consuetudo attendi
tur, veniunt nanq; consueta apponi in instrumento licet non reperiantur apposita

Ias.

93 Iaſ. conſ. 20. in preſenti conſultatione nu. 236. lib. 1. immo fortius conſueta apponi
94 † poſſunt addi licet non diceretur in inſtrumento quod poſſit extendi ad ſenſum ſapientis Socc. Sen. conſ. 101. viſis duobus teſtamentis nu. 2. lib. 5. Euerar. in centur. in loco ab Vſitat nu. 3. vbi ſubdit quod in-
95 ſtrumenta † recipiunt ſuppletionem a cõſuetudine Abb. c. cum m. Ferrarieñ. num. 5. de conſtit. Rot. Rom. per Faſtol. cauſ. 24. deciſ. 46. nu. 6. Ant. Capic. deciſ. 159. in cauſa Magnificarum nu. 38. & ſeq. Vnde ẽt dicitur quod quando quid eſt conſuetum
96 † non eſt arbitrarium ſed neceſſarium Bal. l. quicumq; nu. 20. C. de ſeru. fugit. & per Alex. qui hoc ſapienter dictum teſtatur conſ. 135. & quidem viſo puncto nu. 11 & ſi Andr. Barbac. aſcribi videatur lib. 4. Soc. iun. conſ. 124. viſis omnibus ſcripturis nu. 42 lib. 1. Ang. de Malefic. uerſ. quas ſi non ſoluerit nu. 10. & ille qui non
97 obſeruat † conſueta fieri dicitur in culpa ut poſt Bar. Bal. & Salyc. voluit Aret. conſ. 38. Conſultiſſime Domine col. 2. verſ. ſecundo reſpondetur, & ibi loquitur de conſue
98 ta diligentia quæ fit antequam † carcerati aufugiant de carceribus & conſ. 164. Ma-

gnifici & excelsi Domini sub nu. 2. uers. Præterea, vbi quod consueta fieri qualifi-
99 cant † dispositionem etiam quod non sint apposita vt etiam voluit Ant. Rube. cons. 17. Præsuponitur nu. 4.

100 Vigesimooctauo, in criminalibus †

Primo infertur ad consuetudinem vt
101 diffamati † examinentur in loco tormentorum Rocch d.c fin.nu. 218.

Secundo infertur quod consuetudo facere potest vt bona mobilia Clericorum
102 delinquentiũ applicētur † Episcopis immobilia verò Dominis temporalibus ita de consuetudine Regni Franciæ testatur Oldrad. cons. 17. Thema tale est nu. 5.

103 Vigesimonono, in curatoribus †

Primo infertur ad consuetudinem, vt
104 curator † absq; Iudicis confirmatione administret bona minoris Siluan. cons. 13. viso instrumento nu. 5. tutorem namq;
105 † & curatorem excusat consuetudo secundum Host. in c. qualiter num 6 de elect. Secundo infertur vt consuetudine induci possit quod minores 25. ann. tutores, &
106 curatores esse possint † vt alias dixi in meo tract. de tut. & cur. q. 3. nu. 11.

107 Trigesimo, in cursu temporis †

Primo

Primo infertur ad consuetudinem. quæ
108 disponere potest † vt ignoranti tempus cur
rat secundum Dec. in repet. l. quicunq; in
princ. C. qui Admiss.

Secundo infertur vt consuetudo faciat
109 incipere † annum quandoq; a Natiuitate,
aliquando ab incarnatione Domini Hier.
Grat. resp. 131. Nobilis vir nu. 4. lib. 1.

D.

Trigesimoprimo, Attenditur in damnis
110 datis † vnde consuetudo facere potest vt
111 credatur testimonio † damnũ passi, & va-
lebit talis consuetudo Dec. c. sicut nu. 46.
de probat. & ita seruari de cõsuetudine in
pluribus locis testatur Socc. Sen. cons. 28.
circa primum nu. 12. lib. 1.

112 Trigesimosecundo, in decimis soluen-
dis vel non †

Primo infertur ad consuetudinem vt
non soluantur decimæ, quia valet quando
113 fuit transactionis titulo † aut Papę priuile-
gio approbata Franc. Rip. resp. 2. Prior
Prioratus nu. 6. de decim. quod tamen ex-
114 presse reprobat † Petr. Rebuff. in tract. de
decim. q. 13. nu. 51. vbi quod non valet
consuetudo nihil soluendi pro decima si-
ue tacite siue expresse consenserit Papa.

Secundo infertur ad consuetudinem, vt
115 si minuat † quotam decimæ valeat Host. c.
cum contigat nu. 3. de decim. Card. Paris.
cons. 25 vidi consiliũ nu. 21. lib. 4. & hæc
116 quidẽ debet esse immemorabilis † & suffi-
cit tacitus consensus Papæ. Rebuff. vbi su-
117 pra nu. 54. quicquid dixerit † Ant in c. in
quibusdam nu. 4. de decim. vbi quod non
valet consuetudo saltim in predialibus
118 quæ diminuit † decimas quia de iure diui-
no: Nam videmus ius Diuinum aliquando
limitari vt alias dixi, quemadmodum etiá
valet consuetudo vt pro decimis soluantur
119 † certe mensuræ siue coloni recolligant,
siue non, quia Ecclesia posset ita damnũ
sicut lucrũ sentire, & hàc esse cõsuetudinẽ
apud Theutonicos testatur Ant. d. c in
quibusdam sub nu. 4 uers. vel loquitur de
decim Io: Franc. Purpur. in cons. 475. trã-
sactio super decimis nu. 11. lib. 2. sicut ẽt
120 valet consuetudo vt tit. † decimæ pro vno
stario frumenti solui possuit duo staria bla-
di Bal. in. Rub. de consuet. nu. 26. nam
in decimarum perceptione attenditur cõ-
suetudo Alciat resp. 29. breuiter agendo
nu. 6. lib. 1.
121 Tertio infertur † ad consuetudinem vt
de-

debeantur etiam porri quorum decima tam debebitur in loco quo sunt seminati quam vbi sunt plantati etiam si in alia Parochia fuerint plantati Ant. c. cum non sit nu. 5. de decim.

122 Trigesimotertio, in decisionibus † causarum secundum Laurent. de Rodulf. inter cons. matrim cons. 8. paucis me expediam nu. 2.

123 Trigesimoquarto in delictis † puniendis Luc. de penn. in repet l. missi num. 3. C. de exact. trib. lib. 10. illa tamen semper fuit visa reprobanda, & tollenda, vt libri 5. maleficiorum sint penes Communitates quia sic possunt delinquentes dissimulare delicta, vel saltim instrui, & non minus praua, vt officiales per eas sindicentur, quia temidi quidam per horrescunt ministrare iusticiam.

124 Item infertur ad consuetudinem † in delinquendo quæ aggrauare dicitur pœnam glos in l. fin. C. de Commeat. lib 12. Abb. c. 1. primo not. de Cleric. percuss vbi quod pro simplici percussione non debet

125 Clericus † deponi, sed aliter corripi si autẽ assumat percussionem in consuetudinem deponendus est.

Trigesimoquinto, in dignitatibus in
126 quibus † maxime pollere dicitur consuetu
do Thom. Gramm. decis. 64. orta lite
nu 17 vnde consuetudo facere potest qđ
127 officium sit dignitas & sic † quod Thesau-
raria, Præcentoria, & Cantoria sint digni-
tates Gemin. cons 140. dubium primo in
princ.& potest etiam trahi ad Canonicos
128 qui † licet de iure non dicantur habere di-
gnitatem secundum felin. in c. pastoralis
nu 12. de off. deleg. tamen de consuetu-
dine vt notum est dicuntur in dignitate
constituti.

Limitatur predicta conclusio nisi ad sit
super hoc ius commune certo modo dispo
129 nens, & dubitatur † de noua dignitate
erecta in aliqua Ciuitate, an regi debeat
secundum consuetudinem diuersimode
alibi vigentem, quia tunc recurrendum
est potius ad ius commune secūdum quod
disponit in honoribus illis quā ad cōsuetu-
dinem Abb. c. cum olim sub.nu. 7. vers.
pone exemplum de consuet.

130 Trigesimosexto in distributionibus †
131 Primo infertur ad consuetudinem † ut
Canonicus lite pendente habeat distribu-
tiones Nicol. Boer. decis 340. & videtur
sub

ſub nu. 2. verſ. & ſic videtur.

Secundò infertur ad conſuetudinem, vt
132 diſtributiones † quotidianæ debeantur abſentibus ab Eccleſia, quo tamen ad illos quos magna infirmitas, & corporis rationabilis neceſſitas tenet, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſat Henr. Boich. c cum omnes nu. 19. de conſtit. alias autem non valeret
133 † vt deberentur non intereſſentibus diuinis ſecundum Rocch. d c.fin nu. 132.

Tertiò infertur ad conſuetudinem quæ
134 dictat † vt Canonicus receptus nouiter ſoluat tale quid & illud diſtribuatur inter oẽs & dubitetur an is qui recipitur de nouo debeat habere partẽ dictarũ diſtributionũ faciendarum & ſic poſſit retinere, diſtingui ſolet quod aut onus dandi iniungitur anteqnam ſit Canonicus, & quod nullus recipiatur niſi ſoluat tantum, & tunc non debet habere partem, aut poſtquam eſt factus Canonicus onus iniungitur vt puta vt factus Canonicus ſeu receptus in Canonicum debeat ſoluere tantum, & tunc poteſt, & debet habere partem, & ipſe concurrere cum alijs in diſtributionibus, & ſic poterit retinere ſecundum Paul. caſtr. in l. qui heredi §. Plautius ff. de condit.

dit. & demonstr.

Trigesimoseptimo , In diuisionibus
135 † Menoch.de Arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 123. nu. 5.

Primo infertur communem consuetudinem seruare vt in diuisionibus societatū
136 dimidium lucri † tribuatur pecuniæ & dimidium industriæ & labori personæ Socc. iun. cons.74. Hieronymus nu. 9. lib. 2. cū declarationibus vt ibi.

137 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt acquisita per coniuges equaliter diuidantur Rot. Rom. decis. 12. de consuet.
138 in antiq. & ibi an possit per alterum † renunciari.

Trigesimooctauo , in donationibus
139 † Vnde infertur ad consuetudinem, vt ma
140 ritus non teneatur † donare vxori & facere contradotem vt dicit tex. in Auth. dos data C. de donat ante nupt. & ibi tenent hoc Bal.& Salyc.Bal.in l ex morte in princ. & Salyc. in Auth. equalitas C de pact. cōuent. Card. Paris. cons. 95.vidi processum nu.35. lib 2. Io. Ceph. cons. 598.Magnificus ac Generosus nu. 43. lib. 4:vbi qnod in vsu non sunt consuetudines, vt donatio
141 propter nuptias † sit equalis doti,& supra.

citatam

142 citatam Auth. dos data † non eſſe hodie amplius in vſu voluit etiam poſt citatos per eum Clar. in pract. ciui. in § donatio.q.11. verſ. ſcias ergo: Non omitto ta-
143 men quod apud Germanos † adeſſe dicitur conſuetudo vt dotem non vxor marito ſed maritus vxori daret offic. Textor vbi ſupra de cuius validitate alias dictum eſt,& ſi hodie talis conſuetudo in partibus noſtris vigeret non ita odioſæ eſſent fœminæ propter magnas dotes quæ hodie præſtantur & per hoc depauperantur domus etiam magnorum diuitum.

Limitatur non valere conſuetudinem
144 † vt cenſeantur donata iocalia,& veſtes ſericæ miſſæ per maritum vxori ad domum Afflict. deciſ. 315. vt Plurimum nu. 10. cum ſeq. vbi dubitatiue loquitur quia non fuerit diſcuſſum in Concilio Contrarium
145 tamen clare † conſuluit Io. Ceph. d. conſ. 598. nu. 60. vbi quod conſuetudo ſpectatur ad cognoſcendũ an maritus voluerit donare veſtes & iocalia.

146 Trigeſimonono in dote †

147 Primo infertur ad conſuetudinem † vt dos trans cendat legitimam,& de hac atteſtatur Mazol. conſ. 39. ſanxit lex nu. 63.

Secundo

148 Secundo infertur † ad consuetudinem de dote lucranda soluto matrimonio, quæ valere dicitur secundum Abb. c. fin. nn.6. de donat inter virum & vxo.

149 Quadragesimo, In duellis † & hanc esse consuetudinem generalem testatur Siluan. cons. 51. in causa quæ vertitur num. 3. sed ipse met. nu. 5. reprobat huiusmodi

150 consuetudinem vti peccati † nutritiuam quæ non valet vt alias dictum est & ibi etiam refert propter duo duellum reprobari, & hanc consuetudinem etiam imme

151 morabilem † detestatur Concil. Trident. sess. 25. de reformat, cap. 19.

E.

Quadrigesimoprimo. Attenditur con-

152 suetudo in Ecclesiasticis † ritibus: Nam in

153 his obligat generalis consuetudo † sicut præceptum Abb. c. cum esses num. 6. de testa:

Primo infertur ad consuetudinem con

154 fitendi peccata † quæ ab initio Ecclesiæ vt pote iure diuino introducta seruata est ita post Sozzomen. & Diuũ Augustin. tenuit Couarr. in c Alma mater §. 1. sub.num. 8. vers. hanc autem consuetudinem de sententia ex commun. lib. 6.

Secundo

Secundo infertur vt possit augere numerum in Ecclesia licet in contra-
155 rium † adsit statutum, & quidem iuratú, ac confirmatum per Papam Dec. c. cum accessissent nu. 37. de Constit.
156 Tertio infertur vt pariter † consuetudo attendenda sit in reparatione, & fabrica Ecclesiæ Abb. q. 3. nu. 49.
157 Quarto infertur ad consuetudines † generales Ecclesiæ quæ præsumuntur habuisse originem ex traditionibus Apostolorum vel a; Concilijs Generalibus: & non præsumitur error Præpos. c. illa in princ. 12. distinct. & ibi post Cardin. in clem. 1. q. 8. de celebr. miss. dicit quod ex quo
158 vltra horas † Canonicas consueuerunt omnes Ecclesiæ dicere suffragia in Mattutinis & Vesperis Beatæ Mariæ & pro defunctis quilibet Clericus tenetur illa in horis dicere, & ex hoc infertur ad consuetudinem vniuersalem in Ecclesijs collegiatis prout est in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ Maioris in
159 dicta patria mea † quod dicitur omni die officium Virginis Mariæ, illud ordinarie dici debet sicut officium Domini, nisi vbi ex consuetudine omittitur & hoc etiam debet procedere (vt dicit) sicut in Priuatis.

Quadra-

Quadragesimosecundo, in electioni-
160 bus† Inn.c.coram de elect.Host.c.cũ Venerabilis nu. 5. de consuet. Rot. Rom.decis. 11. vtrum valeat nu. 2. de consuet. in antiq. Franc.. Marc. decis. 559. quæritur de loco nu. 3.

Primo infertur ad consuetudinem eli-
161 gendi † officiales quæ seruanda est Bar. Bal. & Ang. in l. super creandis in princ. C. de iu: fisc lib. 10. Card. Paris. cons. 97. satis ex informatione nu. 30. lib. 4.

Secundo infertur ad consuetudinem
162 † vt electus non confirmetur Dec. in Rubr. de Elect. nu.4. &. c. postquam nu. 11. eo: tit. vbi subdit statim quod secus est in Collegijs Ecclesiasticis per rationem quam ponit Abb. in d. c. nu.3.& ibi quod ius tribuat electio idem Abb. c. nihil nu. 10. de Elect. declarando vt ibi & per felin. c. super his col. 1. de Accus. Roman. sing. 19. an consuetudo nu. 2. unde concordant dicta supra in materia electionis Ecclesiast.

Tertio infertur ad consuetudinẽ vnius
163 Monasterij † vt vnus de alio Monasterio, eligatur Abbas, Ant. & Panorm. in c. cum dilectus in princ. de consuet.

Quar-

164 Quarto infertur † ad conſuetudinem quæ poteſt alias ineligibilem facere aliquando eligibilem gloſ. marginalis in l. nõ tantum ff. de decurion. Hoſt. d. c. fin. nu. 9. de conſuet.

165 Quinto iufertur † ad conſuetudinẽ quæ poteſt reſtringere facultatem eligẽdi Dec. c. licet de vitanda nu 46. de Elect. & ibi quòd electio Papæ non valeret quando
166 † Cardinales ſunt coacti eligere vnum de Italia nam diceretur facta electio per metum, non ſic ceſſante conſuetudine hac prout hodie quia ſemper eliguntur in Pa-
167 pam Cardinales † Itali.

Sexto infertur vt valeat conſuetudo qđ Eccleſia vacante Clerici non veniant ad
168 electionem † niſi prius morte Prælati Regi nunciata, quod tamen non habet locum in Papa qui hodie prouidet Eccleſijs in illis locis in quibus erat conſuetudo ita Petr. de Rauen. de conſuet. nu. 81.

Quadrageſimotertio, in Emphiteuſi
169 † Socc. Sen. conſ. 25. Dominus Franciſcus nu. 8. lib. 1. Silian. conſ. 87. dico quod conceſſo. nu. 7. lib. 2.

Primo infertur ad conſuetudinem, vt

emphi-

emphiteuta non soluens debitum Cano-
170 nem non cadat † aliquo tempore, a iure suo. & sic dicta consuetudo, illum excusat a pœna caducitatis Dec. c. 1. nu. 6. de cõsuet. Rip. d. resp. 1. in princ. de Iu: emphit.

171 Secundo infertur † ad consuetudinem quæ habet vt dominus directus teneatur ire ad domum emphiteutæ pro solutione recipienda, licet de iure communi contrarium habeatur ita Rip. vbi supra post princ. vbi subdit quod consuetudo ita non
172 excusat a pœna nisi emphiteuta † protestatus sit die solutionis faciendæ quod per ipsum non stabit quo minus solueret si esset qui reciperet, & de hoc debet fidem facere emphiteuta alioquin non releuaretur a pœna secundum Bar. Bal. & Ias. quos allegat.

173 Tertio infertur ad consuetudinem † q̃ dominus petat canonem ab emphiteuta quia excusatur emphiteuta si non petijt dominus, Alciat. resp. 11. Interrogatus nu. 12. lib. 6.

174 Quarto infertur quod non cadit † emphiteuta a iure suo si in loco adsit consuetudo quod emphiteuta debito tempore ca

nonem

nonem non soluens teneatur ad duplum, tunc propter non solutationem tātum agi poterit ad dictam pœnam non autem vt declaretur cecidisse a iure suo Ruyn. cons. 151. quia proponitur nu. 8. lib. 1.

Quinto infertur quod licet de iure com
175 muni pater † non possit præiudicare filijs, & agnatis in alienādo & disponēdo de bonis in præiudiciū nominatorū nihilominus cōtraria consuetudo valet vt post Bar. Bal. Corn. & alios quos allegat tenuit Ludo. Goz. cons. 75. prima facie nu. 15.

176 Sexto infertur † quod consuetudo potest rem Ecclesiæ in emphiteusim concessam pro maiori redditu si reuertatur ad Ecclesiam ipsam per vno numero concedere secundum Afflict. decis. 305. in causa Martoni nu. 17.

Quadragesimoquarto, in Episcopi re-
177 ceptione † quando vadit ad faciendum
178 visitam, licet.n. Monasteria † de iure teneantur contribuere Episcopo quando vadit ad aliquem locum pro visitanda Dioces. & vtilitate omnium Abb. c. 1. nu. 6. de stat. Monach. tamen consuetudo valet, vt per doct. ibi & talis viget in Patria mea qua Monasteria non contribuunt sed tan-

tum altera Ecclesia ex collegiatis præcedes eo anno quo uisitari contigerit sumptus Episcopo suggerit, consuetudo autem ista intelligitur valere quando Episcopo splendide non procuratur alias tanquam grauosa Ecclesiæ non valeret & maxime si Epi-
179 scopus sepe † visitaret a quo tamen Episcopi caueant Rocchi. d.c fin.nu. 460.

Quadragesimoquinto, in euictionibus
180 † Bal. l. si pignore §. si creditor ff. de pignor act. vbi quod in promissione de euictione attenditur consuetudo.

181 Quadragesimosexto, in exactione † reddituum Luc. de penn. in d. repet. l. missi post princ. C. de exact. tribut. lib. 10.

Quadragesimoseptimo, in exempla-
182 tionibus † vnde valet consuetudo, vt in exemplatione instrumẽti facienda non requiratur citatio, licet de iure alias reqratur vna cũ mandato Iudicis qui inspiciat, & auscultet an cum originali concordet Bal. in Auth. si quis in aliquo nu. 21. vers. tu dic. C. de edendo Card. Zabar. cons. 72. sigillatim ad singula nu. 6. Carol. Ruyn. cons. 150. gratissimum fuit num. 4. lib. 5. Rol. cons. 69. in presenti nu. 57. lib. 3.

Qua-

F.

Quadrageſimooctauo, attenditur con-
183 ſuetudo in ferijs †

Primo infertur quod Præſes tenetur
184 † ſeruare conſuetudines vigentes in loco quoad ferias l. ſi in aliqua de off. Proconſ.
185 Secũdo infertur † quod cõſuetudo põt inducere ferias inhonorẽ Dei & alicuius Sãcti Ang. in l. p̃ſides nu. 2. ff. de ferijs, & ibi
186 ꝙ procedat licet ſanctus † ille nõ ſit ſcriptus in Cathalogo prout viget in dicta Patria mea cõſuetudo celebrãdi fectũ Beati Andreæ licet nõ ſit in Cathalogo vt audio.
187 Tertio infertur quod licet tẽpore † quadrageſimalium dies in criminalibus cauſis procedi non poſſit. l. quadraginta C. de ferijs, tamen de conſuetudine ſeruatur contrarium ita Gloſ. Bar. Bal. Ang. Salyc. & Paul. in d. l. quadraginta, & paſſim ita ſeruari videmus abſq; alijs auctoritatibus & tamen iſtæ feriæ ſunt a lege inductæ inhonorem Dei.
188 Quadrageſimonono, in feudalibus † in qua materia etiam leges vincit conſuetudo gloſ. 2. in princ. de feud. cogen. Burſat. cõſ. 171. dubitatur quod feudum nu. 11. lib. 2. vnde reperiuntur & in hac materia conſue

189 tudines † correctoriæ iuris communis Decian. cons. 58 Illustrissimus Dominus nu. 37. lib. 2. vbi loquitur in consuetudine feudorum excludente fœminas, quam dicit exorbitantem, & correctoriam iuris cōmunis & tales consuetudines feudales ser-
190 uandas † esse etiam in foris Ecclesiasticis voluit idem Decian. cons. 90. quod consuetudines in princ. lib. 3. & licet in hac materia adsit liber feudorum tales consuetudines commemorans ita vt nō videatur opus aliquas illationes facere, tamen non nullas bene quidem notabiles subnectam, & quidem breuiter,

191 Primo infertur † ad consuetudinem feudalem vt vasallus non possit alienare feudum in extraneos in preiuditium agnatorum etiam cum consensu Domini directi Card. Paris. cons. 13. attingendo articulū nu. 25. lib. 1. & ibi quod consuetudo particularis loci potest inducere quod feuda
192 alienentur etiam in extraneos † etiamq; in preiuditium agnatorum, & quod illa esset præferenda quodq; hæc consuetudo va-
193 leat † licet non interueniente consensu Domini voluit Ruyn. cons. 72 primo videtur nu. 7. lib. 5 Rol. cons. 2. in causa presen-

tis

tis nu. 18. & conſ. 42. uiſa ſerie nu. 25. lib. 1. Rip. reſp. 10. fendalibus conſtitutionibus nu. 17. de diuerſ. reſcript. vbi poſt Io: Bal. Ruyn. Rocch. & Curt. iun. conſuluit
194 valere conſuetudinem † vt vaſallus poſſit alienare ius ſuum irrequiſito Domino, idẽ voluit Brun. conſ. 80. circa primum conſultationis articulum nu. 9. Becc. conſ. 18. queſtio eſt nu. 9. & conſ. 88. cum feudum nu. 31. & hanc magis communem opi: poſt præalleg. Curt. Rol. Capic. Socc. iun. Alciat. Rimin. & cæteros teſtatur Burſat. conſ. 127. Illuſtris & Generoſus num. 59. lib. 2. & conſ. 40 Dominus Io: Maria in princ. lib. 1. vbi huiuſmodi eſſe Mantuæ conſuetudinem meminit, talem etiam eſſe conſuetudinem inter Nobiles Dominos
195 de Domo Corrigia dicit Carol. Ruyn. cõſ. 108. viſa ac bene intellecta num. 8. lib. 2. quem & ſi citet licet non in numero conſiliorum Ludo. Goz. conſ. 26. in cauſa Illu
196 ſtris nu. 21. tamen contra † Ruyn. tenet quoad eoſdem Nobiles ac Illuſtres Dominos de Corrigia domo ibi nu. 59. licet non quoad eos de Gallia, & ita etiam idẽ Goz. conſ. 8. in hac cauſa Illuſtriſſimi nu. 41. & Pariſ. vbi 7. mentionem facit poſt Io: Fa-

br. eiusdem consuetudinis Galliæ, & Dec. cons. 188. viso puncto nu. 16.& cons. 614. in causa feudali nu. 9. Rol. cons. 42. visa serie nu. 26. lib. 1. Iul. Clar. in §. feudum q. 31. vers. quero nunc,& quod etiã in præiudiciũ feudorũ Ecclesiasticorũ possit alie-
197 nari † feudum voluit Goz. d. cons. 8. nu. 10. Siluan. cons. 15. subtilia sunt num. 42. Rol. cons. 48. Magnificus Dominus num.
198 13. & seq. lib. 4. vbi quod possunt † vendi feuda in preiudicium agnatorum etiam si sint Ecclesiæ ipsis agnatis in scijs & inuitis: ita. n. reducitur per consuetudinẽ ad qua-
199 litatem feudi noui, ideoq; non mirum † si potest alienari Pari. cons. 14. decisum & iudicatum nu 7. lib. 1. sed tamen ista consuetudo in feudãdi bona Ecclesiæ nõ potest per Prælatum alterari, & ideo nisi bo-
200 na † Ecclesiæ sint solita in feudari non possunt cõcedi in feudum per ipsum Iul. Clar. vbi supra q. 13. Nec quidẽ mirũ quia con-
201 suetudines feudales † ligant Ecclesias, Ecclesiasticasq; personas Curt. iun. cons 177. Habita diligenti nu. 10. valebitq; propte-
202 rea consuetudo soluendi decem † pro centenario per alienatione feudorum Ecclesię Alex. cons. 5. si uera sunt nu. 8. lib. 5 & talis

lis conſuetudo probatur quando alienatio-
203 nes fuerunt frequentatæ † publice preſen-
tibus & ſcientibus omnibus. conſortibus
ſeu maiori parte eorum, & teſtes concor-
dant in tempore,& identitate actũũ Brun.
conſ. 36. caſus nu. 8. limitatur ſupradicta
particularis cõcluſio vt non procedat ſi ex
204 inueſtituris & contractu fuiſſet † ius que-
ſitum, quia eſſet facta ſtipulatio filijs &
heredibus poſt ſtipulantem quia tunc pro
agnatis tantum valebit, non etiam pro ex-
traneis Dec. conſ.208.ad Clariorem nn.7.
vbi quod licet tollatur ius feudorum, &
205 conſuetudo non tamen † videtur tolli pro-
uiſio hominis qui in inueſtitura contine-
tur Io: Bapt. Ferret. & conſ. 178. Redem-
ptoris noſtri nu. 15. lib.1. Socc. iun. conſ.
101. Inſpectis puncto & ſcripturis nu. 8.
lib. 2.& quando ſimpliciter dictat conſue
206 tudo quod feudum poſſit † alienari intelli
gitur ſine præiudicio agnatorum quibus,
eſt ius quæſitum ita in conſuetudine Gal-
liæ Socc. iun. vbi ſup. item alias etiã indu-
207 citur conſuetudo † vt feuda Eccleſiaſtica
etiam inuitis agnatis poſſint alienari d. cõſ.
8. nu. 10.

208 **Ampliatur valere conſuetudinem † vt**

quis de fundalibus testetur Paris. vbi supra nu. 22.

Secundo infertur ad consuetudinem vt
109 impetrata † licētia a Principe & facta prius oblatione agnatis alienetur feudum Rol. cons. 55. siue feudum nu. 23. lib. 3.
110 Tertio infertur ad consuetudinem † vt Ducatus Marchionatus & Comitatus nō diuidātur sed primogenito deferātur Aym. cons. 135. verba decreti ad fi: & hanc cōsuetudinem validam, & rationabilem dixit Io: Ceph. cons. 617. dimidium feudi nu. 18. lib. 5. & solam consuetudinem hoc induxisse, dixit Purpur cons. 353. ex themate nu 8. lib. 1. Becc. cons. 56 in causa nu. 32. valet etiam contraria consuetudo
111 vt feuda † diuidantur Io: Mar. Rimin. cōs. 292. viso themate nu. 40. lib. 2. & ita seruari in partibus Italiæ & certis locis Alemanniæ testatur Andr. Barbac. inter consilia, Alex. cons. 55. illud afferam in mediū nu. 18. lib. 4. & ita seruari etiam in partibus Lombardiæ post Andr. de Isern. tenuit Socc. Sen. cons. 68. visis multis inuestituris nu. 27. lib. 1. Goz. cons. 84. prima faciç videtur sub nu. 16. vers. nec obstat si dicatur: Nec quidem absurdum videtur

quod

quod dictæ cõsuetudines alterētur:sunt. n.
212 iuris positiui † ita post Dec. Ruyn. & Curt. vin. Rol. vbi supra.

Quarto infertur ad consuetudinem Ec-
213 clesiæ quæ habet vt generatio † incipiat a receptore Io: Ceph. cons. 582. conclusio supra firmata nu. 10. lib.4.

Quinto infertur ad consuetudinem, vt
214 in Baronia † filia non succedat & quis habeat filium secundo genitum, & filiam primogeniti mortui, & quod filia primogeniti succedat, & habeat Baroniam ita post Petr. de bella pertica voluit Lofred. cons. 39. quidam Baro nu. 28. operatur nanq;
215 consuetudo, vt feuda transmittantur † ad fœminas exclusis masculis remotioribus Pancirol. cons. 216. in hac causa num. 2. lib. 1.

Sexto infertur ad consuetudinem vt in-
316 distincte † fœmina non succedat in feudo c. 1. §. hoc autem notandum de his quis feud. da: possunt Alciat resp. 1. hic casus nu. 33. lib. 8. licet sit contra ius commune Socc. iun. cons. 15. consideratis nu. 3. lib. 1. & tamen etiam consuetudine particula-
217 ri † induci potest vt fęmina succedat in feudis, & dignitatibus Regalibus, Rocch. d. c. fin.

c. fin. nu. 219. & hæc præponitur institutioni feudali Card. Paris. d. cons. 13. num. 21. lib. 1. Io: Bapt. ferrett. d. cons. 178. nu. 4. lib. 1. Rol. cons. 2. in casu præsentis nu. 15. & cons. 42. visa serie nu. 22. lib. 1. & cons. 52. quia Clarissimi nu. 26. lib. 3. Bursat. cons. 150. Næc est mea quidem sententia nu. 51. lib. 2. & in consuetudine
218 quod deficientibus agnatis masculis † admictantur fœminæ postquam non ad sunt masculi respōdit Socc. iun. cons. 76. cū diebus elapsis nu. 124. lib. 1. Quinimo fortius consuetudine induci potest vt feudum
219 ad fœminas † pertineat etiam si de fœminis non fuerit facta mentio in inuestitura Purpur. cons. 103. in presenti causa nu. 5. lib. 1. Campeg. inter cons. Brun. cons. 2. viso themate num. 53. Rol. cons. 16. viso themate num. 18. lib. 3. & cons. 48. Magnificus Dominus nu. 12. lib. 4. Intelli
220 gendo tamen vt dicantur † habilitatæ ad successionē defeciētibus agnatis masculis, & nō principaliter ipsis extātibus sicut qn̄ sunt comprehensæ in inuestitutra cum masculis quia etiam hoc casu veniunt ad successionem in defectum masculorum tantum, & non aliter Io. Bapt. ferret cons. 40.

40. Dominus illuminet nu. 10. & d. conſ.
178. nu. 16. quicquid in contrarium ſen-
221 ſerit † Alex. conſ. 29. quoniam abunde
num. 2. lib. 1. & vtramq; ex ſupradictis
conſuetudinibus valere, & vnam con-
222 ria † tolli voluit Rol. d. conſ. 48. num. 26.
223 lib. 4. & quod etiam ſuccedat † fœmina
ſtantibus maſculis ita ſpecialiter diſponen
te conſuetudine voluit Alex. vbi ſupra.

224 Septimo infertur † ad conſuetudinem
quæ ſi ſit immemorabilis facit vt in feudis
omictãtur debita requiſita, & ſolemnitates
Pariſ. cõſ. 101. bona de quibus nu. 30. lib. 1.

225 Octauo infertur † quod cõſuetudo quæ
præfert primogenitum in hereditate no-
cet 2. genito Clerico Alex. conſ. 9. ponde-
ratis his nu. 3. lib. 5. & ita poſt Io: Andr.
Ant. Imol. & Abb. quos allegat tenuit fe-
lin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 101.
de conſtit. vbi ſubdit queſtionem de ſtatu-
226 to † excludente fęminam quod dicitur ex-
cludere eã quæ ingreſſa eſt Monaſterium
propter vinculum ſibi inuictum ante pro-
feſſionem quod etiam in vtroq; caſu tenuit
Rocch. in d. c. fin. nu. 688. & ſeq. ratio-
nem ponit Alex. vbi ſupra.

Nono infertur ad conſuetudinem quæ
dictat

227 dictat † vt primogenitus succedat in Regno, & huiusmodi sicut supra dictum est de alijs minoribus dignitatibus, & hanc consuetudinem generalem post Host. Abb. Bal. & Martin. Lauden. respondit Dec. cons. 225. in causa nu. 2. idem Dec. cons. 389 visa longa serie nu. 7. vbi quod talis est consuetudo in Ducatu Færrariæ istaq; consuetudo est a iure diuino Genes. cap. 25. item de iu: Canonico vt in c. licet de uot. itẽ de iure cõsuetudinario feudorũ c. imperialem §. preterea de prohibit. feud. alienat. per foeder. qua stante oritur dubi-
228 tatio si Rex † habet filium primogenitum naturalem tantum, habet etiam 2. genitũ legitimum, & naturalem si faciat legitimari filium naturalem, an filius 2. genitus legitimus, & naturalis succedat, & quidem Doct. vno ore concorditer tenent quod sic excluso primogenito naturali legitimato, ita Iac. Butr. Bal. Paul. Salyc. & Ias. in l. quoties. C. de rei vendic. Limitatur ta-
229 men præcedens † dictum secundum eundem Salyc. vbi supra nisi naturalis fuisset iam legitimatus ante natiuitatem, secundo geniti quam etiam opi: sequitur Ias. ibi. Retenta etiam dicta consuetudine quid dicendum

230 cendū † si duo ex eodem vtero nati sunt & nescitur quis sit prior vel proterior, vter ipsorum succedat, & Bal. in l. in qnibus nu. 5. C. de secun. nupt. tenet quod pater poterit eligere quis illorum debeat regere Carol. Ruyn. tamen cons. 186. ponderatis diligenter nu. 10. lib. 1. dicit quod nemo admictitur propter incertitudinem, vt potè quia nescitur quis sit primogenitus. prædicta etiam consuetudine attenta, maxima inter Doct. resultat contrarietas
231 an si contingat † quod Primogenitus decedat, secundo genitus & sic patruus, an nepos & sic filius primogeniti debent succedere in Regno & quidem ad fauorem Nepotis tenuerunt Io. Andr. Oldrad. Cyn. Bal. Paul. Anch. & Abb. relati per Ias. in l. maximum vitium in 3. not. C. de liber preter.

232 Contrarium & sic † pro patruo tenuerunt Gemin Bar. Aret. Imol. Andr. de Isern. & Alex. quos citat idem Ias. vbi supra & in l. is potest nu. 34. ff. de Acq. hered. vbi quod ita fuit determinatum in clem. pastoralis de re iud. Socc. Sen. cons. 252. visis. instrumentis sub nu: 18. vers. ex quibus sunt sublata lib. 2. Hanc etiam opi:

opi: tenuit Bero cons. 71. dubitatur stante concessione nu. 35 lib. 1. & hoc proce-
233 dit quando nepos † natus est post patruum licet has opi: esse dubias testetur Dilect. de art. testan. lib. 3. de lib. instit. caut. 8. in princ. & vt plenius harum opi: veritas appareat, remicto ad Modern. ad Alex. cons. 4. ponderatis verbis lib. 4. & ad Dec. cons. 443. in casu ad me transmisso, & ibi allegantur recentiores cumulentes auctoritates potissime Andr. Tiraq.

Decimo infertur quod consuetudine di
234 ctante † quod mancus non succedat in feudo vt in princ. an mut. uel alias inperfectus feudum retin. in vsib. feud. si contingat vasallum non esse mancum sed alias debilitatum ita vt domino seruire non possit dicitur quod non succedit ita Bal. in l. 1. nu. 8. C. quæ sit lon. consuet. Consuetudo
235 nanq; quod primogenitus succedat † in Regno intelligi debet de eo qui est habilis ad Regnandum ita in feudo Socc. Sen. cōs. 47. facti narratione nu. 2. lib. 3. vbi quan-
236 do Primogenitus est stultus aut demens quod secundo genitus erit Rex quando vitium est naturale, & perpetuum, secus si ex accidenti efficitur demens: quia tunc dabitur

bitur ei Curator tanquam in eius persona sit radicatum ius Regiæ Potestatis.

Vndecimo infertur quod consuetudine
237 † induci potest vt legitimatus succedat in feudis Card. Paris. cons. 1. Redemptoris nostri nu. 132. lib. 2.

238 Duodecimo infertur † quod attendenda est consuetudo concedentis feudum & maiorũ ipsius in concessione feudali alias obseruata pro declaratione inuestituræ Grat. resp. 2. rursus in causa nu 63. lib. 1.

Decimotertio infertur quod consuetu-
239 do † mandatarij inspicienda est, & quid agere solitus esset, & quæ acta a Domino approbari consueuerint, & quæ reprobari ad cognoscendũ an potuerit remictere feudatario caducitatẽ Grat. vbi supra nu. 90.

240 Decimoquarto † infertur quod stante consuetudine infeudandi subditi possunt in feudum iterum dari licet inuiti & contradicentes Card. Paris. cons. 23. prima in huiuscemodi nu. 101. lib. 1.

241 Decimoquinto † infertur consuetudinem feudorum posse introduci etiam extra iudicium secundum Socc. Iun. cons. 92. duo distincte nu. 15. lib. 4.

242 Decimosexto infertur † quod consuetudo

tudo specialis feudorum valet vt dominus post mortem vnius Vasalli possit feudum suum concedere Rol. d. cons. 2. num. 45. lib. 1.

243 Decimoseptimo † infertur quod feudalis consuetudo valet pro vt dictat in feudis Marchiæ, Comit. Ducat. & aliarum dignitatum non cadat successio, & etiam contraria consuetudo tenet Rol. cons. 42. visa serie nu. 23. lib. 1. Consuetudo nanq;
244 attendenda est † in materia feudali, nec recurrendũ est ad coniecturas secundum Socc. Sen. cons. 68. visis inuestituris num. 23. & 28. lib. 1.

245 Decimooctauo † infertur quod stante consuetudine de qua supra quod Primogenitus succedat in omnibus bonis, & illa sit in aliqua regione si decesserit quidam qui habeat bona in illa regione, & etiam extra, & dubitatur an succedat in omnibus bonis, resolutio est quod si statutum loquitur in personam, & succedens non sit de illa regione, & si ibi haberet possessiones non ligatur illa consuetudine, aut est de illa regione, & tunc primogenitus succedet in bonis quæ sunt in illa regione, & in alijs succedet secundum ius commune, aut vero

rò consuetudo loquitur circa res, & tunc consuetudo afficit res & bona vbi sita sunt Bar. in l. cunctos Populos num. 42. C. de summ. trin. & fi: Cthol. Alex. conf. 44. videretur 1. facie nu. 4. lib. 5.

246 Decimonono † infertur valere consuetudinem vt originarij non habitantes in Terra Domini vtilis teneantur præstare iuramentum fidelitatis secundum formã c. 1. de nou. form. fidel. Rol. conf. 52. quia Clarissimi nu. 19 lib. 3.

247 Quinquagesimo, in fideiussoribus †

248 Primo infertur ad consuetudinem † qui fideiubet obligat bona sua secundum Bar. in l. Prætoriæ 3. nu. 2. ff. de Prætor. stipul.

249 Secundo infertur † vt vbi agitur de pęna vitæ, & mutilationis membrorum reus sit fideiussoribus relaxandus stante consuetudine Dec. c. sicut nu. 56. de Probat Cepoll conf. crim. 39 Lucius nu. 56. Marf. in pract. crim. §. attingam nu. 9. Pignol. ad Roman. sing 129. tu scis, sed hoc non

250 practicatur a malis officialibus † qui non solum non relaxant in casibus præmissis, verum potius pauperes reos faciunt dicere ius in carceribus, etiam ob causam ob

quam non iminet nisi pęna pecuniaria, &
illos non relaxant vt pleniores sportulas
extorqueant in casu absolutionis quas di-
cti carcerati sufferunt soluere vt sese a ma
nibus Curiæ eximant & prædictam ob cau
sam cessante dicta consuetudine solent ma
251 iores † officiales & in capite existentes pro
quo libet etiam minimo delicto per banni
menta imponere pœnam corporalem vt
eos non teneantur relaxare ante latam sen
tentiam, & causam finitam quæ tamen no
ua practica exoriri fecit annis retroactis
252 infinitum prope bannitorum † numerum,
vt opus fuerit in ipsis Gubernijs ad tenen-
das Prouincias Pacatas prouidere de Car-
dinalibus legatis, & minus etiam certo
tempore satis fuerit, sed aduertendū est
quod huiusmodi consuetudo iudicio meo
(ni fallor) probari debet quod fuerit ob-
253 tempta† extra casum quo liqueret de inno
centia. Nā si essemus in casu quo de inno-
centia appareret quis etiam de iure huius-
modi criminibus capitalibus detentus fide
254 iussoribus † relaxandus esset absq; alia con-
suetudine Boss. in Pract. Crim. de Carcer
fideiuss. commict. nu. 15.

Tertio infertur quod si cantet fideius-
sio

ſio de non offendendo aliquem ſub certa
pœna , & non dicatur cui debeat appli-
255 cari † licet de iure applicaretur parti offen
ſæ,de conſuetudine tamen applicatur Ca-
meræ Apoſtolicæ in Terris Papæ Franc.
Hercul. de caut. de non offend. cap. 10.
nu. 8. & ſubdit nu. ſeq. idem eſſe in præ-
cepto in quo ſi non dicitur cui ſit pœna
applicanda de conſuetudine tamen fiſco
256 † applicatur licet hæc valde diuerſa videā
tur vt mea fert ſententia quia in præce-
pto non habet intereſſe aliquis alius quam
fiſcus, ſecus in cautione de non offenden-
do quia adeſt intereſſe partis.

Quinquageſimoprimo, in fluminibus
257 † Alex. l. 1. ſub. nu. 51. verſ. & in quan-
tum ff. ſol. matr.

Quinquageſimoſecūdo,in fructibus pe
258 piēdis † Salyc. l. excepto 2. opp. C. de locât.

Primo infertur ad conſuetudinem vt
Canonici percipiant fructus beneficiorū
259 ſiue præbendarum † non reſidendo Dec.
c. cum omnes 1. lect. in princ. & 2. lect.
nu. 5. de Conſtit. & inibi etiam limitat in
260 quotidianis † diſtributionibus & benefi-
cijs curatis, & de conſuetudine vigente
Florentiæ in terminis ſupradictæ illationis

vide Lap. alleg 35. vtrum absq; dispensatione nu. 5. & ibi quod Canonici Ecclesiæ
261 Cathedralis Florentiæ † percipiunt redditus in absentia, idem lap alleg. 42. an residens per tot. & consuetudine effici posse quod Canonicus non teneatur residere voluit Abb. c. inter quattuor in 1. not. de Cleric. non residen. ne dum quod absentes causa studiorum qui præuia dispensatione Episcopi in absentia percipiunt fru
262 ctus † vt per eundem Abb. in c. tuæ ad fi: eo: tit. dum tamen Ecclesia non patiatur detrimentum in diuinis.

Secundo infertur ad consuetudinem, quæ viget in Ciuitate Pisarum vt inquit Bar. in l. Meuius §. duorum nu. 22. ff. de leg. 2. vbi quod si vnus Canonicus moria-
263 tur † Canonici lucrentur fructus primi anni cuius consuetudinis occasione contingit dubitari quod cum bis eodem anno vacauerit eadem prebẽda propter obitum duorum Canonicorum an debeant dicti Canonici habere fructus duorum & Bar ibi post Petr. quem allegat determinat quod tantum fructus primi anni habere possunt.

264 Tertio infertur ad consuetudinem † vt

liceat

liceat Clericis de redditibus beneficiorum ita in vltima voluntate desponere sicut poterant in actu inter uiuos Couarr. c relatum 2. sub nu. 2. ad fi. de testa: Quinimo fortius valet consuetudo quod Canonicus
265 possit testari de redditibus percipiẽdis † anno sequenti post mortem, & poterit præiudicare ex hoc Canonico successori Abb. c cum in officijs sub nu. 5. vers. valet tamen consuetudo de testa: vbi ita post Io: Andr. residere videtur, idem voluit Turr. Crem. c. 1. nu. 12. 12. q. 5
266 Quinquagesimotertio, in furtis, †
Primo infertur attendi consuetudiem
267 in furto † magis quam ipsum furtum Rol. cons. 51. Iudicantem oportet ad fi. lib. 1.
Secundo infertur ex consuetudine fu-
268 randi † quem furem præsumi Roman. cons. 167. Antonius nu. 8. G.
Quinquagesimoquarto, attenditur cõ-
269 suetudo in. Gabellis † l. licitatio §. earum ff. de publican. Io. de Imol. in l. si publicanus §. in omnibus nu. 7. ff. de Publican. & cons. 79. uiso quodam instrumento in princ. de locat. & publicat. Signor. de Homod. cons. 108. in questione in 4. dubio, Ang cons. 9. item quod quicunq; nu.

3. Dec. cons. 649 procedendo breuiter nu. 7. Ias. cons. 20. in presenti consultatione nu. 14. lib. 1. Rolan. cons. 79 in presenti consultatione nu. 80. lib. 3. Becc. cons. 96. viso processu col. 1. Menoch. cons. 9. interrogatus sum nu. 7. & de quibus re-
270 bus † soluantur vel non attendendam esse consuetudinem dixit glos. fin. in l. præcipimus C. de Canon. largit. lib. 10. Bar. d. §. in omnibus in princ. Corn. d. cons. 268. sub nu. 29. vers. & idem lib. 4. & specifice quod consuetudo soluendi gabellam de
271 aquis † & pontibus attendi debeat voluit Bursat. cons. 142. intentio Cesaris nu. 6. lib. 2.

Primo infertur quod licet quis non teneatur ad soluendũ gabellam pro his quæ
272 portat † sui vsus causa clem. fin. de censibus l. si publicanus §. 1. ff. de publican. l. in lege Censoria ff. de verb. sign. l. vni-
273 uersi C. de Vectig. tamen contraria † consuetudo tenet Rol. cons. 34. stante forma Capitulorum nu. 10. lib. 3. maxime quando ad sit causa rationabilis & magis efficax vt ibi per Rol.

274 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt soluantur duo solidi pro quolibet animali,

mali,

mali, erit ſoluenda gabella pro vitulo quē edidit Vacca in eodē Territorio, Modern. Repet d. l de quibus nu 143. & ibi quod ſtante hac conſuetudine non ſoluetur ga-
275 bella pro gallinis † & anſeribus quia ponũ tur vt ſpecies diuerſæ ſ. quia aues ſunt non autem animalia & ſic conſuetudo ceſſare dicitur in his, vt per eoſdem.

Tertio infertur ad conſuetudinem Generalem totius Italiæ vt poſſint Ciuitates
276 in ſuis locis exequi † mandare, & efficere quod Imperator poſſet in imponendo Gabellas ſecundum Burſat. conſ. 138. Illuſtriſſimus Dominus nu. 3. lib. 2.

Quarto infertur ad conſuetudinem vt
277 quis molere † non poſſit ſine apodiſſa communis: ſi: n. accipit apodiſſam pro vna ſalma grani, & portat duas vtraq; ſalma amittitur, & ſic etiam licitum propter illicitum tenuit Bar. in l. cum proponas 1. lect. nu. 2. & Paul. ibi nu. 3. C. de naut. fœnor.

278 Contrarium tenuit Bar. † ipſe in l. Cotem §. dominus in princ. ff. de publican. & hanc dixit eſſe veritatem Bal. in d. l. cum proponas nu. 19. Ang. in d. §. Dominus vbi reſpondet ad illum tex. ſ. quod non mi

rum si ibi totum publicatur quia fit ratione capitalis pœnæ impositæ & fit nō in cōsequentiam rerum, sed in consequentiam delicti vt dicit ibi Bar. & super hoc uide distinct. salyc. in d. l. cum proponas nu. 3. licet inferius in vers. quicquid tamen, teneat quod solum illicita publicantur sed vlterius in casu quo etiam licita publicarentur secundum supradictam distinctionem pulchre contingit dubitari quid si res licita

279 ta non sit † portantis, sed alter sit dominus an confiscetur, & quidem Bar. in d. §. dominus ad fi: tenet quod si dominus fuit sciens confiscari debeat, secus si fuit ignorans, & cum eo tenuit ibi Paul. post princ. vers. si verò nauis, idem salyc. in d. l. cum proponas sub. nu. 3. vers. aut licita sunt alterius Boer. decis. 178. & primo præsuppono nu. 25. nisi in contrariū adsit consuetudo vt per Doct. in supradictis locis, & per hoc de facto consultus respondi ad fauorum cuiusdam birruarij qui

280 inuenerat quendam † portantem Archibusium ad Rotam, & quia huiusmodi armorum genus erat prohibitum per bannimēta deferri, eum apprehendit, & licet probatum esset quod dictum archibusium es-

set-

ſet alterius, tamen quia dominus fuit ſciens, & ſtante etiam potiſſime conſuetudine in loco non tenebatur dictus Birruarius reſtituere Archibuſium ablatum, ſed amittebatur, & efficiebatur Curiæ. & ſupradicta etiam conſuetudine & ſcientia ceſſantibus iſte tenebatur ad extimationem iſti birruario ita poſt Iac. butr. in l. 1. ad fi. C. vt nemo priuat. tenuit felin. in c. ſignificauit nu. 6. de Iudic. Rocch. d. c. fin. nu. 220.

H.

Quinquageſimoquinto, attenditur cõſuetudo in hereditatis aditione, vnde conſuetudo facere poteſt quod hereditatem
281 pupillus poſſit adire abſq; tutoris † auctoritate Ang. & Alex. in l. more in princ. ff. de Acq. hered. pro vt ẽt alias obligari põt abſq; dicto tutore Rocch. d. c. fin. nu. 170.

Quinquageſimoſexto, in honoribus
282 † deferendis Panciorol. conſ 6. non ſolum inter ſeculares nu. 42. lib. 1. Franc. March. deciſ. 36 queritur nu. 6.

Quinquageſimoſeptimo, in hoſpitijs
282 † Alciat reſp. 19. queritur nu. 11. lib. 5.

I.

Quinquageſimooctauo, attenditur cõſue-

284 suetudo † in immunitatibus luc. de penn. in repet. d. l. missi nu. 3. C. de exact. tribut. lib. 10.

Primo infertur quod consuetudo in ma
284 teria † immunitatis dicitur comparari iuri naturali quod est immutabile secundum Siluan. cons. 61. considerato tenore num. 16. Rol d. cons. 55. nu. 21 lib. 3..

Secundo infertur ꝙ cõsuetudo circa im munitates collectarum debet intelligi re-
286 spectu Ciuium † & habitantium non autẽ forensium Io. Mar. Rimin cons. 415. intentio spectabilis nu. 27. lib. 3. vbi quod hoc prouenit quia de iure est quod colle-
287 ctæ non imponuntur † forensibus etiam pro bonis in eo territorio existentibus l. rescripto §. fin. ff. de muner. & honor. l. forma §. 1. ff. de censibus, & Rimin. vbi supra nu. 28. sed contra & melius (ni fallor) per Io. Franc. Purpur. cons. 315. difficultas causæ nu. 11. lib 1. & cons. 442. licet Alexander nu. 2. lib. 2. Ratio est
288 quia consuetudo facit † vt non obligatus etiam de iu: communi ad collectas teneatur stante consuetudine ad illas vt per eundem Purpur. in d. cons. 315. vbi supra citat. & consuetudine generali inductum

esse

eſſe vt collectæ forenſibus in loco quo prę dia poſſident imponantur vltra alios quos ſupra allegaui latius voluit Becc conſ. 73. queſtio propoſita nu. 11. & quidem hanc fuiſſe immemorabilem ſubdit ibi nu. 12.

Quinquageſimonono, in ingreſſibus
289 † vnde attenditur conſuetudo in ingreſſu
290 Proconſulis, & Præſidis Pruinciæ † vt ingrediatur eam per illam partem per quam ſit conſuetudo l. obſeruare §. ingreſſus ff. de off. Proconſ. & quod in ingreſſu cuius li
291 bet officialis † ſeruari debeat conſuetudo voluit Bal. in Rubr. de conſuet. num. 32. quod poteſt rrahi ad Patriam meã in quo viget conſuetudo vt tam Reuerendiſſ. DD. Epi Spoletani ſub quorum Dioceſi reperitur, faciunt ingreſſus per noſtram portam
292 † nuncupatam Porta chiuſa, quam etiam Illuſtriſſimi DD. Legati, & Gubernatores Prouinciæ, & Illuſtres DD. de Ballionibus antequam deſijſſent eſſe Gubernatores dictæ Terræ pro vt de Menſe Septembris
293 † anni 1583. deſierunt per obitum ſtrenui, ac Generoſi D. Guidi in bello Flandriæ non ſine magna totius Populi diſplicentia immatura morte præuenti, & quam maxime quia ceſſauit iuſtum Gubernium

Nobi-

294 Nobilissime & Prudentissimæ D. † Generæ Saluiatæ eius genitricis.

295 Sexagesimo, in instrumentis, †

296 Primo infertur † ad consuetudinem, vt stetur dicto sapientis in eo quod dixerit instrumento esse addendũ Socc. iun. cons. 143. in facto proponitur nu. 15. lib. 1.

Secundo infertur consuetudinem posse facere instrumentum insufficiens quod
297 alias esset sufficiens † de iure communi Oldrad. cons. 105. videtur dicendũ in princ. & e, contra facere sufficiens & validum quod alias esset in sufficiens, & inualidum Alex. cons. 170. visis statutis in princ lib. 7.

Subinfertur ad consuetudinem nota-
298 tariorum † asserentium adhibitam fuisse causæ cognitionem, verba n. illa licet de iure non probent super causæ cognitione quia illa inuestigatio fieri non potuit tempore instrumenti confecti, sed requirebatur tẽporis interuallum ideo notarius non
299 potuit esse rogatus tamen ista † consuetudo valet, & hanc consuetudinem esse in Ciuitate Ticinensi testatur Rocch. illius bonus alumnus in d. c. fin. nu. 470.

300 Tertio infertur consuetudinem † posse in conficiendis instrumentis dare faculta-

tem

tem ea conficiendi alias non habenti Abb. c. ſicut nu. 15. ne Cler. vel monac.

301 Quarto infertur † valere cōſuetudinem vt credatur inſtrumēto notarij ſine teſtiū ſubſcriptione Abb c. cū delectus nu.6 de fi:inſtr.Chaſſen conſ. 21. le cas de Nob le nu.7.Petr. de Rauenn.de cōſuet nu. 161.

302 Quinto infertur † conſuetudinem poſſe tollere robur probantionis inſtrumento & ſic quod legitimatio non probetur per inſtrumentum publicum ita poſt Oldrad. quem allegat tenuit Dec. in c. ſicut num. 29. de probat. & inibi equiperat conſuetudinem & ſtatutum, & infert ad ſtatutum

303 Mediolani quo dicit caueri † quod in teſtamento debent eſſe rogati tres notarij,

304 ſed voluiſſem † illum tacere iſta induci iuſta cauſa quando ſ. in loco eſſent mali & de prauati homines, & ſic inferre tacite videtur contra ſuos Mediolanenſes, quoniā quales ſint Mediolanenſes curia Romana

305 † teſtis eſt in qua ex Prælatis, Cardinalibus & Pontificibus innumeri pene reperti ſunt probatiſſime vitæ inter quos Il-

306 luſtriſſimus D. Cardinalis Alciatus † D.M. Bo. mem. admodum ſapientia, & integritate fulgebat de cuius laudibus Menoch. in

tract.

tract. de recuper. possess. remed. 15. nu. 442.

307 Sexto infertur † ad consuetudinem nota riorum desumentium instrumenta ex quo dam eorum summario quod postea extin guitur, & deletur Mazol. cons. 99. Præmicto regulam nu. 25.

308 Sexagesimoprimo, in inuentarijs † conficiendis Ant. Capic. decis. 101. in causa Andreæ nu. 3.

309 Sexagesimosecundo, in iudicijs † Ang. l. fin. nu. 5. C. de Iniur.

Primo infertur quod Iudex a consuetu-
310 dine † recedere non debet in iudicando Dec. c 1. nu. 83. de constit.

Secundo infertur quod licet de iure
311 † fungi non possit mulier officio iudicandi, poterit tamẽ de consuetudine habilitari idem Dec. in Rubr. de App. nu. 14. & l. fœminæ nu. 4. de reg. iur.

Tertio infertur vt valeat consuetudo
312 quod non detur libellus † in iudicijs Abb. c. 1. nu. 16. de libell. oblat. & ibi subdit hoc procedere vt non detur petitio per
313 modum libelli, sed non quod petitio † non fiat apud acta, nec quod litis contestatio nec alius ordo iudiciarius requiratur qui

sit

ſit a iure poſitiuo inductus Rocch. d. c. fin. nu. 149.

314 Quarto infertur † quod conſuetudo fori poteſt abbreuiare terminū Lanfranc. in c. quoniam contra cap. 2. nu. 19. de Probat.

Quinto infdrtur vt ſi ſit conſuetudo vt
315 quis non † poſſit mouere iudicium per procuratorem niſi habeat priuilegium, ſufficit quod tempore quo procurator agit ipſe conſtituens habeat priuilegium ſecundum Card. Pariſ. conſ. 43. Sextadecima num. 7. lib. 4. Gig conſ. 154. vt deſiderio num. 7.

316 Sexto infertur † ad conſuetudinem vt quis poſſit eſſe Iudex in cauſa propria Natt. conſ. 294. duæ dubitationes nu. 2. lib. 2.

317 Septimo infertur † vt ſi quis vocatur ad iudicium de conſuetudine debetur emenda ab illo qui ſuccubuit ſi alicui vocato ad iudiciū fuerunt ꝑ me petita decem, & confiteatur, non debetur emenda quia debuit præcedere denunciatio Io: Fabr. §. Appellamus nu. 3. Inſtit. de Actio.

318 Octauo infertur † vt conſuetudo ex iuſta cauſa poſſit facere vt probatio imperfecta

de

de iu:communi habeatur pro plena & per
fecta Dec. d. c. sicut nu. 42.& 48. de pro·
bat. si tamen sit immemorabilis felin. c.cũ
delectus nu. 36. de probat. attenditur.n.
in his consuetudo Bar in l. admonendi
319 nu. 29. de Iureiur. sicut etiam e † contra
validam probationem inualidã facere po-
test Abb. d. c. sicut nu. 3. & ibi in uers. &
ex prædictis dicit quod non valet consuetu
320 do exigens † sine causa iuramentum vltra
plenam probationem secus si legitima, &
rationabilis causa subsistat vt ibi qui late
pro sequitur materiam.

321 Nono infertur † vt valeat cõsuetudo qđ Clericus reconueniatur coram Iudice seculari etiam quod contrarium iure communi caueatur Dec d. c.at.si Clerici nu. 166. idem Capell. Tholos. q. 95.item fuit quesitum nu 3.

322 Decimo infertur † ađ consuetudinem vt post premptorium terminum si placet Iudici expectetur pars per aliquot dies Bar. l & post 2. opp.de Iudic.

323 Vndecimo infertur † ad cõsuetudinem, vt actor non sequaur forum rei Rocch. d. c. fin. nu. 152.

324 Duodecimo infertur vt in danda copia
libelli

libelli an expenſis actoris aut rei conſuetudo inſpicienda ſit Capell. Tholoſ. q. 91. item fuit queſitum nu 3.

325 Sexageſimotertio, in iuramẽtis † eorũq; præſtationibus ſecundum Rol. conſ. 52. quia Clariſſimi nu. 20. lib. 3.

326 Primo infertur † quod conſuetudo poteſt dare nouam formam iuramentis Natt. conſ. 480. conſultus alias reſpondi nu. 4. lib. 3.

327 Secundo infertur † quod cum ſtet generalis conſuetudo, vt qui iurat tangat ſcripturas gloſ. in c. vt circa in ver. corporali de Elect. lib. 6. non valebit iuramentum verbo interpoſitum abſq; tactu ſcripturæ Iaſ. in l. 1. ſub nu. 18. verſ. ſecundo ad idem de lib. & poſthu.

328 Sexageſimoquarto, in iuriſditionibus †

329 Primo infertur † quod vigore conſuetudinis poteſt quis in alieno territorio iuriſditionem exercere Iaſ. in l. fin. nu. 18. ff. de

330 Iuriſd omnium iud. item merum † imperium, & habere poteſtatem in ſanguine hominis idem Iaſ in l. more nu. 43. ff. eo: tit. Roman. conſ. 344. in cauſa propoſitæ conſultationis nu. 6.

331 Secũdo infertur † Prælatum poſſe exer

cere iurisditionem sine consilio Capituli stante consuetudine contra tex. in c. nouit de his quæ fiunt a Prælat. sine consen. capit. & ita habetur in c. non est de consuet. lib. 6. Abb. d. c. nouit nu. 5.

Limitatur supradicta conclusio non procedere in consuetudine tribuente iurisdi-
332 tionem Laicis contra clericos † tam in Ciuilibus quam in criminalibus, quia hæc non valet ita in consuetudine Anglicana qua Rex Angliæ vtebatur determinauit Rot. Rom. decis. 10. vtrum valeat de consuet. in antiq. per rationes de quibus ibi Rocch. d. c. fin. nu. 164. bene tamen valeret consuetudo quod Clericus coram
333 † suo iudice conueniret laicum contra dispositionem tex. in l. 2. C. de Iurisd. omnium iud. vbi quod actor sequitur forum rei & supradictum est, & a spec. in tit. de compet. iud. adit in princ. vers. potest. n. reus, vbi talem testatur esse consuetudinem in Ciuitate Aretij vt per Paul. in d. l 2. nu. 2. sicut etiam quod Clericus reconueniatur coram seculari vt supra dictum, & comprobatum est.

L.

Sexagesimo quinto, attenditur consuetudo

334 tudo in laudemijs † ſoluendis vel non Burſat conſ. 165. quamuis in cauſa num. 61. lib. 2.

335 Primo infertur † ad conſuetudinem Regni Franciæ quo loco debentur laudemia ſiue uente alibi nuncupatæ Dño Cenſuali quando res cenſualis venditur Io: Fabr. in princ Inſtit. de empt. & vendit.

336 Secundo infertur † quod licet in iudicio diuiſorio rei emphiteuticæ poſſit tota res vni aſſignari dando equiualentiam alteri domino irrequiſito tamen quia continetur in eo alienatio debet ſolij ipſi domino laudemium pro dimidia ex opi: Thom. Ferrat. vt refert Tiraq. in tract. de vtroq; retract. § 1. gloſ. 14. nu. 77. Socc. iun. cõſ. 70. nu. 13. lib. 3. Contraria tamen conſuetudo viget in certis alijs locis & præcipue in Patria mea.

Sexageſimoſexto, in licentijs præſtan-
337 dis † Burſat conſ. 165. In cauſam num. 61. lib. 2.

Sexageſimoſeptimo, in locationibus
338 † Siluan. conſ. 76. dico quod conceſſo num 70.

339 Primo infertur † ad conſuetudinem Eccleſiæ quæ attendenda eſt quando ſolita

est locare Alex. cons. 179. viso & mature discusso nu. 18. lib. 2.

340 Secundo infertur † ad consuetudinem de locando domum communem inter fratres quæ facit vt qui vult locare ei qui non vult præferatur Purpur cons. 512. circa primum nu 36. lib. 2.

341 Sexagesimooctauo, in loquendo † quæ tamẽ debet esse generalis Bal. in l. si seruus §. si numerus nu. 3. ff. de leg. 1.

M.

Sexagesimonono, attenditur consuetu
342 do in mandatis † vnde propter consuetudinem in generali mandato venit quod requirebat speciale mãdatum Grat. resp. 104 primam difficultatem num. 21. lib. 2. &
343 quod consueta † censeantur mandata voluit Mazol. cõs. 16. p̃sens cõsultatio nu. 56.

344 Septuagesimo, in matrimonijs † Dec. c. iurauit nu. 11. de probat. quod quomodo procedat declarat Abb. c. super eo nu. 4. de cognat. spirit. & ibi quod si consuetudo
345 patriæ † in matrimonijs omissa sit matrimonium per hoc non vitiatur. c. 1. & ibi Abb. & felin. de sponsal.

346 Primo infertur † quod consuetudo potest apponere pœnam rei licite si sequatur

illici-

illicitum, vt impedire matrimonium ſi ſequatur diſcordia, & tumultus in Ciuitate ita poſt Bal. Curt. iun. conſ. 27. Magnificus vir nu. 6.

347 Secundo infertur † ad conſuetudinem quæ eſt quod antequam ducatur ſpōſa per verba de preſenti, per anuli immiſſionem contrahatur matrimonium quam eſſe con ſuetudinem generalem dixit Bal. in l cum in te num. 4. C. de don. ante nupt. & ſic quando datur fides vt cum noſtratibus lo quar, non tamē valebit cōſuetudo nō contrahendi matrimonium tempore feriato
348 † ſecundum Lancell. Conrad. in templ. omnium iud. lib. 2. cap. 1. verſ. tertio num. 33.

349 Tertio infertur † quod valebit conſuetudo quod matrimonium contrahi non poſſit in quinto gradu quia concurrit cum iure antiquo Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 77. Abb. c. quod ſuper ſubnu. 4. uerſ. ſi vero habeat de conſang. & affin. licet de
350 iure matrimonium vltra 4. gradum † contrahi non prohibeatur c. non debet & ibi
351 idem Abb eo: tit. licet antiquis † canonibus varie ſeruatum fuiſſe commemoret Didac. Couarr. Epith. 4. decretal. 2. par.

cap. 6. nu. 9. vbi quod alias fuit prohibi-
352 tum † contrahi in 3 gradu, & postea in 7.
inibiq; comprobat vltra rationem adductã
in d. c. non debet quomodo numerus iste
353 quaternarius † applicetur ad similitudinẽ
humani corporis compacti, & vltra hoc
comprobatur perfectio dicti numeri Genes. cap. 2 10. ibi & egrediebatur fluuius
de loco voluptatis ad irrigãdũ paradisum,
qui inde diuiditur in quttuor capita, &
Hierem. cap. 43. 36. inducam super Aelã
quattuor ventos a quattuor plagis cœli, &
ventilabo eos in omines ventos istos & nõ
erit gens ad quam non perueniant profugi
Aelam, & Sapien. cap. 18. 24. & parentum
magnalia in quattuor ordinibus lapidum
erant sculpta & Ezechiel. cap. 1. 15. cumq;
aspicerem animalia apparuit Rota vna super terram iux. animalia, habens quattuor facies & in 17. per quattuor partes euntes ibant & non reuertebantur cum
ambularent.

354 Quarto infertur † quod si consuetudo
sit vt in matrimonio cõtrahendo tradatur
anulus cum certa solemnitate si probatur
anulus traditus cum illa solemnitate satis
probatur matrimonium contractum Abb.
c. fin.

c. fin. nu. 7. vers. aut constat de despons. impub. tanta est uis consuetudinis.

Diceré tamen quod si non fuisset serua tam ad vngué illa solemnitas propter hoc
355 matrimonium non diceretur nullum † aut inualidum, & ad hoc allego tradita per Henr. Boich.in. c. 1. nu. 2. de sponsal. inquit.n. consuetudinem esse in Francia de
356 ponendo † pallium supra contrahentes & quod ista consuetudo non valet, & quod quidam francus accessit in saxoniam, & contraxit matrimonium cum quadam sine pallio, quia ibi illa consuetudo de pallij superpositione non seruatur, vidensq; francus quod sua consuetudo non fuerat seruata dimisit illam & aliam superduxit fuit deffinitum quod illa consuetudo non potest circa substantiam matrimonij aliquid innouare neq; ad impediendũ neq; ad dirimendũ. vt vbi per eum, licet talis consuetudo fuisset in loco, sufficit nanq; apparere de consensu partium licet consuetudo, non seruetur maxime si sit vana vt est con-
357 suetudo † de bibendo, & osculando secundum Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 69. Rocch. d. c. fin. nu. 96.

358 Quinto infertur † quod consuetudo

mixta clericorum & laicorum possit inducere vt matrimonium inter aliquos contrahi non possit quamuis illi lege Canonica legitimi forent ad nuptias Couarr. super 4. decretal. 2. par. cap. 6. §. Decimus nu. 18. de quo dicto licet dubitet ipsi, illud confirmo auctoritate Turr. Crem. in c. placuit nu. 9. 32. distinct. vbi infert. ad consuetu
359 dinem quod lector † seu Accolithus non contrahant matrimonium, quia valebit, licet si contraxerint ratum erit quamq; ab officij administratione cessabit, & Ecclesię stipendijs carebit. idemq; tenuit Præpos. ibi nu. 2 qui quidem loquitur in quolibet in minoribus ordinibus constituto quod non possit stante consuetudine matrimonium contrehere. tantaeq; potentiæ est consuetudo, in hoc vt non tantum possit inhabilitare personas ad matrimonium cō trahendū & sic impedimentum inducere Gemin. c. frustra nu. 5. 8. distinct. Abb. in c. 1. in 2. not. de Cognat. spirit. & c. quod dilectio de consang. & affin, sed etiam dissoluere Concil. Lateranense sub Alex. 3. par. 50. & vltima cap. 25. folio m. 935. Sed aduertendū est quod hoc nō est semp verum, nā consuetudo inhabilitans alias

habi-

360 habiles vt in filijs duorum † compatrum per quorum neutrum deuentum eſt ad co gnationem, valet vt impediat non autem vt dirimat Præpoſ. d. c. ſuper eo. nu. 4. de Cognat. ſpirit; & idem in caſu propoſito clerici in minoribus vt ſupra valeat quoad non contractum; & ſic vt impediat, non autem vt dirimat iam contractum Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 44. Hoc tamen
361 non valeret in matrimonio ſpirituali † licet alias equiperentur; non.n. valeret conſuetudo quæ inhabilitaret aliquem ad ma-
362 trimonium ſpirituale † tanquam quod generaret ſcandalum Præpoſ. vbi ſupra quod etiam in matrimonio carnali impediret & illo ceſſante poſſet creare nouum impedimentum habile etiam ad dirimẽdum Ant. c. 1. nu. 6. de Cognat. ſpirit. ſicut etiam
363 impedire poteſt vſum † matrimonij Hoſt. c. cum olim nu. 2. de Cler. coniug. quod abſq; difficultate procedit in conſuetudine approbata per Papam quæ impedit con
364 trahendũ † & iam contractum etiam, dummodo non fiat in preiudicium legis diuinę
365 in eo.ſ. quos Deus coniunxit homo non ſeparet Turr. Crem. d. c. placuit num. 13. Hoſt. c. 1. nu. 3. de ſponſal. vbi quod ſi conſuetu-

suetudo quæ irritaret matrimonium legitimũ nõ sit approbata per Papã non valet
366 † secus circa accidentalia matrimonij vt est donatio propter nuptias, quia absq; alio valeret & quod consuetudo valet super matrimonio contrahendo cum distinctione de qua supra non autem super contracto voluit Turr. Crem.d. c. placuit nu. 12.

Versa etiam vice non potest habilitare
367 alias inhabiles ad contrahendũ matrimonium contra ius Canonicum s. vt in 3. gradu possit contrahi matrimonium vel quod frater possit contrahere cum sorore spirituali nõ.n. valeret tãquã irrationabilis Præpos. d. c. super eo. nu. 4. & ibi quod non potest tollere impedimentum publicæ
368 † honestatis quicquid dixerit idẽ Præpos. in c. tuas dudum in princ. de spons. duorũ & dixi supra ex auctoritate Abb. in d. c. super eo. nu. 6. idem Abb. in c. quod super nu. 4. de consang. & affin. & propterea
369 consuetudo † facere non potest vt cum spõsa fratris licitum sit contrahere matrimonium propter perpetuam causam prohibitionis quæ inest Imol. in Rubr. de consuet. nu. 11. & supra dictum est.

Septuagesimoprimo, in mercatorum, actibus

370 actibus Grat. reſp. 53. ex themate nu. 55. & 67 lib. 1. Socc. iun. conſ. 27. & ſi præſens conſultatio nu. 22. lib. 2.

371 Septuageſimoſecundo, in metallis † fodiendis quæ valet etiam in alieno ſolo, & intelligitur ſoluto prætio, & non ſecus Afflict. deciſ. 321. in Regia Camera nu. 16.

Septuageſimotertio, in Monacis, vnde conſuetudo excuſat Monacos ſi meliori
372 panno vtantur † in vna Prouincia quam in alia, in vno Monaſterio magis quam in alio Abb. Clem. 1. nu. 8. de ſtatu Monach. &
373 ideo Fratres Sancti Franciſci de † obſeruantia Viennenſis Prouinciæ ſi ipſis credēdum eſt, vidi deferre habitus diuerſos ab his quos deferunt noſtrates, quia illi ſunt ſubclari, & magis hilares quibus autem vtuntur noſtrates ſunt ſuboſcuri quæ obſcuritas, & nigredo habitus in ſignum mortificationis carnis & vitiorum fuit inuenta ſed dixerim cum eodem Abb. vbi ſupra quod vtinam hodie deficientibus meritis non ſignificet in quibuſdam morum & virtutũ obfuſcationẽ magiſquã vitiorũ.

374 Septuageſimoquarto, in Monetis † vnde conſuetudo inducere poteſt vt pro auro moneta ſolui poſſit, hæc tamen conſue-

tudo

tudo ceſſabit quoties partes conuenerunt vt omnino aurum ſoluatur niſi & in hoc adſit cõtraria conſuetudo vt in Patria mea
375 in qua ſcutum auri † intelligitur de Paulis ij.argenteis non autem de ſcuto, & ſic moneta aurea, ſed vt intelligatur ita dicitur pro mitto tibi (exempli gratia) Scutum vnũ auri in auro, ita etiam Io: Ceph. conſ. 13. Agentes nu. 12. lib.1.

Septuageſimoquinto, in muneribus
376 † pariterq; oneribus luc. de penn.in repet. d.l. miſſi nu. 3. C.de exact. tribut lib. 10. Io: Ceph. conſ. 568. queſtionem in quaſitione nu. 8. lib. 4.

277 Septuageſimoſexto, in muris †

378 Primo infertur † valere conſuetudinem vt priuatus poſſit habere edificium ſupra muros, ſeu menia Ciuitatis Rocch. d. c. fin. nu. 515. Corn. conſ. 33. viſa inquiſitione nu. 4. lib 4.

379 Secundo infertur † quod licet edificãs domum iuxta domum publicam vel priuatam non dimiſſo ſpacio. 15. pedum faciat contra legem, & eius domus fiſco applicetur l. pen. C.de edif. priuat.tamen de con-
380 ſuetudine illa lex non ſeruatur † Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 79. nu. 4.

Septua-

381 Septuageſimoſeptimo, in mutuo † Bellon. in Rubr. Inſtit. quibus mod re cõtrah. oblig. nu. 12. Dec. l. 2. §. mutui datio 2. lect. nu. 17. ff. ſi cert. pet.

N.

382 Septuageſimooctauo, attenditur † conſuetudo in nobilitatibus Rip. reſp. 14. videtur reſpondẽdũ nu. 9. de diuerſ. reſcript. vbi quod magis inſpicienda eſt conſuetu-
383 do quam lex in † nobilitatibus & ideo an ſpurij poſſint habere honores conſuetudinem attendendam eſſe reſtatur Card. Paleott. de Noth. cap. 5. nu. 9.

Septuageſimonono, in nubendo vnde ſtat conſuetudo, generalis vt ante tradan-
384 tur nuptui † maiores quam minores, & talem fuiſſe conſuetudinem apud Iudeos habetur Geneſ. cap. 29. 26. ibi profectus ergo Iacob.

O.

Octuageſimo, attenditur conſuetudo,
385 in oblationibus †

Primo infertur ad conſuetudinem Peruſiæ de qua per Bar. in l fin. in princ. ff. de
386 off. Proconſ. qua quidem cauetur † vt in Eccleſia Sancti Laurentij Archipresbiter habeat oblationes Dominicales, & Sacriſta eas quæ fiunt in feſto Diui Laurentij, ſi con-

si contingat festum Diui Laurentij venire die Dominico reiecta opi: Bar. ibi qui tenuit pro Archipresbitero, communis Doct. resolutio est vt diuidi debeant dictæ oblationes factæ in festo Diui Laurentij, & Die Dominico inter Archipresbiterum, & Sacristam ita Bal. in d. l. fin. Ang. in l. dies festos sub nu. 4. vers. sequitur in tex. C. de ferijs, Ias l. si quis posthumos nu. 5. ff. de lib. & posthu. in l. si eadem ad fi. ff. de off. Assess. vbi de communi, & in l. si arrogator nu. 50. de Adopt. hanc opi. dicit meliorem, & ita de facto & publice determinatum fuisse in Ciuitate senarum testatur post Cyn. & Imol. quos allegat ibi.

387 Secundo infertur † ad consuetudinem, quod laici habeant administrationem, & curam oblationum factarum Ecclesijs nec non eorum fructuum, & reddituum ad hoc vt pro fabricis ipsarum Ecclesiarum conseruentur, & distribuantur ita de consuetudine vigente per totam Italiam & specifice in Ciuitate Venetiarum, & Tuscia post Abb. & Dec. quos allegat testatur Io: Bapt. Ferret. cons. 141. vertitur dubium nu. 5. lib. 1. vbi etiam addit hoc procedere etiam laicis non patronis, dum tamen

cas

388 eas conuertant ad vtilitatem † Eccleſiæ nõ autem ſuam propriam aut ſuorum: quia tunc non valeret vt ibi & iſta etiam conſue tudo vigere videtur apud noſtrates apud quos laici iſti qui ſit adminiſtrant, vulgo nuncupantur Santeſi.

Octuageſimoprimo, in obligationi-
389 bus †

390 Primo infertur † vt in omni obligatione cenſeatur reſeruata conſuetudo Carol. Ruyn. conſi 4. quoniam proponitur num. 11. lib. 2. & ibi reſpondit quod ſi pater
391 † ſtipuletur ſimpliciter reddi dotem in om nem caſum reſtituende dotis habebit locum conſuetudo Martini ſtantibus filijs & non ius commune.

392 Secundo infertur † vt minor poſſit ſtan te conſuetudine obligari abſq; auctoritate tutoris ſecundum Petr. de Rauenn. de con ſuet. nu. 189.

393 Octuageſimoſecundo, in Officijs † ad miniſtrandis, vnde ſtante conſuetudine iu dex ſcribit acta cauſæ, & ei fides adhibetur idem Petr. de Rauenn. vbi ſupra num. 161. Rocch. d.c. fin. nu. 149. Abb. c.cum dilectus nu. 2. de conſuet.

394 Octuageſimotertio, in onerofis † Rol.

conſ.

cons 1. in presenti consultatione nu. 188. lib. 2. Plot. cons. 36. bona omnia nu. 5.

395 Primo infertur † consuetudinem onerosam Ecclesiæ valere si sit immemorabilis Dec. c. 1. nu. 5. de consuetud. quod tamen non indistincte recipitur vt supra dixi.

396 Secundo infertur † ad consuetudinem quæ si sit generalis, potest der gare iuri priuatorum Ruyn. cons. 4. primo videndum nu 4. lib 1, intelligendo † in ea con-
367 suetudine quæ sit inducta ex causa Socc. Iun. d. cons. 4. nu. 20 lib. 4.

398 Tertio infertur † ad consuetudinem imponendi onera quæ valet Ruyn. cõs. 202. videtur quod istis Ciuibus nu. 8. lib. 1. Rol. cons. 79. & si vnusquisq; nu. 17. lib. 4.

399 Intellige † si sit equalis quia inequalis non valeret Aym. cons. 972. præcipua questionum num. 36. lib 5. sicut e contra valet
400 † consuetudo quæ eximit aliquem ab oneribus Purpur. cons. 156. viso priuilegio nu. 6. lib. 1.

401 Quarto infertur † ad consuetudinem quæ excusat Episcopos & alios Prælatos ab impensa reparendi Ecclesiam si Ecclesiæ prouisum sit de redditibus sufficientibus ad fabricam alias non Io: Bapt. ferret. cons. 368.

368. in proposita nu. 15. lib. 2.

402 Quinto infertur † ad consuetudinem, vt coloni teneantur ad onera plaustrorum, & ad similia secundum consuetudinem Socc. Iun. cons. 75. visa informatione nu. 15. lib. 4. & apud nos coloni tenentur ad caregia.

403 Sexto infertur † ad cõsuetudinem, quæ si sit generalis & specialiter non tangat priuilegia, & personas Clericorum & sic si sit rationabilis ligat Clericos, & Laicos simul secus si sit onerosa tansum Clericis Io: Bapt. Ferrett. d. cons. 252. post princ. lib. 2.

Octuagesimoquarto, in operarijs vnde stat Consuetudo Bononiæ, qua cauetur
404 vt operarius † manens in domo ad exercitium diu noctuq; debeat habere expensas a conducente Grat. resp. 27. in presenti causa nu. 16. lib. 2.

Octuagesimoquinto, in opinionibus
405 Doctorum †
406 Primo infertur † valere consuetudinẽ contra communem opi. Doct. Abb. c. 1. nu. 8. de decim. Dec. c. at si Clerici num. 172. de Iudic Socc. Sen. cous. 169. circa primum nu 13. lib. 2. vbi quod præualere debet consuetudo communi opi: Doct.

407 Secundo infertur † ad consuetudinem quæ resultauit ex opi:Martini Antiqui glosatoris quæ se habet contra communem opi: Doct. dictans quod dos à patre profecta debeat ad patrem redire mortua filia siue extent filij ex ea siue non, & tamen contra communem opi: seruatur de consuetudine opi, Martini vt per Doct. in l. dos, a patre C. sol matr. & dicit etiam Ang. in l. pater nu. 5. ff. de Euict quod de iure est vera communis opi: sicut euangelium, & tamen non seruatur de consuetudine.

408 Intellige † vt supra dicta consuetudo procedat quando mulier decedit in matrimonio superstitibus liberis & patre non autem quando matrimonium fuisset dissolutum pro mortem mariti, & postea decedat mulier vidua superstitibus ex ea liberis, & fratre ipsius mulieris quia ad istum casum non porrigitur consuetudo Martini ita post Bar. Bal. fulgos. Anch.& Alex: tenet Ias. in l. post dotem nu. 102. ff. sol.ma

409 tr. & ad hoc per Doctores † iuuenes fore aduertendum admonet idem Alex. in d. l. post dotem.

410 Intellige † 2. dictam consnetudinem

Marti-

Martini quando superfuissent liberi ex illo marito ideo si habens liberos ex primo viro secundo nupsit, & decessit cum filijs ibi ex primo non autem ex secundo nó remanebit penes illum maritum sed redibit ad patrem Castr. in l. cum uir. vxori ff. de condit & demonstr.

411 Intellige † 3. dictam consuetudinem in dote data non autem in dote promissa nó soluta Socc. Sen. cons. 32. in presenti consultatione num. 7. lib. 3. Socc Iun. cons. 114. non est dubium nu. 17. cum seq. lib. 3. Rol. cons. 69. in presenti consultatione nu. 35. & seq. lib. 3. Gugl. Pont. Perusinus cons. incip. præsuppnnitur post princ. q habeo manu scriptū eiq; subscripserunt Cōstantius Florens Arrigucius de Arreguc. Philipp. Vbald. Io: Danzett. sequuti postmodū sunt hanc opi: Marc. Ant. Eugen. Io. Paul. Lancell: Tob. Non. omnes solemnes Doct. Perusini, ex quibus consilijs reperitur hodie impressum cōs. Tob in ordine consiliorum 48. cum Ludouicus per totum, & ita etiam ipse de facto consultus respondi consiliumq; meum fuit subscriptum per eosdem Eugen. & Lancelott. nec non per D. Gentilem de Gentilibus de ful-

gineo aliosq; eximios Doct. illius Ciuitatis & ita fuit obtemptum, Nouissime etiam reperi ita tenuisse Io: Ceph. d. cons. 709. per totum lib. 5. licet secus inquit ibi esse in dote soluta pro maiori parte quicquid dixerit Io: Mar. Rimin. cons. 83. visa nu. 14. lib. 1.

412 Tertio infertur † ad consuetudinem Bulgari qui fuit Vicarius Imperatoris in Nobilissima Ciuitate Bononiæ secundum Salyc. in Auth. hoc locum sub nu. 3. vers. sed de consuetudine C. si secun. nups. mul. Socc. Sen. cons. 1. circa primam questio-

413 nem nu. 7. lib. 4. quæ † quidem consuetudo habet quod si vxor relinquatur a viro Domina Massaria & vsufructuaria stantibus filijs vsusfructus resoluitur in alimenta ex coniecturata mente testatoris quam Bulgarus interpretatus est ita glos. magna circa medium in d. Auth. & ibi Bar. nu. 2. 3. & 8. Bal. nu. 5. Ang sub nu. 1. vers. in ea glos. ibi debet habere alimenta Salyc. sub nu. 3. vers. sed de cõsuetudine, & quod ita seruetur in omnes partes Italiæ testatur Bar. in l. Ticia §. fin. ante nu. 4. & ibi Bal. post princ. vers. quero ergo de leg. 2. Ang. vbi supra Bal. in l. fin. num. 5. cum seq. C.

de

de indi. uid. toll. Bar. conſ. 9. ſuper eo per tot. lib. 1. Roman. conſ. 516. in caſu propoſitæ conſultationis num. 2 Marc. Mant. conſ. 163. in preſenti caſu in princ. vbi quod iſta conſuetudo Bulgari communiter ſeruatur.

414 Ampliatur ſupra dicta concluſio procedere ſiue extent filij primi matrimonij ſiue non, & ſic alterius Ruyn. conſ. 41. de iure communi nu. 9. lib. 3. ſed tamen contrarium videtur verius vt per Dec. conſ. 526. in caſu occurrenti nu. 10. vbi quod conſuetudo, quæ procedit in matre in terminis de quibus agitur non procederet in
415 nouerca † quia non fieret reſolutio in alimenta etiam ſtantibus filijs qui eſſent alterius matrimonij quod pro ſingulari tenuit. Cremen. ſing. 8. quid ſi maritus ad fi:

416 Ampliatur † 2- procedere non tantum quando vir facit vſufructuariam &c. vxorē ſed etiam ſi vxor facit vſufructuarium &c. maritum Bal. d. Auth. hoc locum ad fi: Iaſ. conſ. 112. noua affertur dubitatio nu. 14. lib. 1. & inter cōſilia Siluan idem Iaſ. conſ. 31. Noua affertur dubitatio nu. 10. Carol. Ruyn. conſ. 174. conſideratis nu. 6. lib. 1. Curt. iun. conſ. 6. circa has quat-

tuor nu. 4. & sub nu. 18. vers. consuetudo vero Ant. Gabr. cōmunium conclusionum lib. 5. de Vsufr. concl. 2. nu. 6. Aym. de Antiq. temp. 4. par. nu. 71. Boer. decis. 61. & præsuppono nu. 2. & seq. Ratio est secundum Curt. vbi supra quia consuetu-
417 do ista Bulgari non est correctoria † propterea non videtur prohibita extensio de vxore ad maritum propter eandem rationem, quæ militat tam in vno quam in altero.

418 Ampliatur † 3. vt procedat dicta conclusio etiam si fiat tale legatum vxori superstite matre licet non superstitibus filijs quia ista consuetudo extenditur habere locum non minus quam in casu existentiæ filiorum ita Petr. de Anch. cons. 237. quia in primo quesito col. 2. vers contrarium sentio, sed quicquid dixerit Petr. contrarium voluit Io; de Imol. in d. l. Ticia §. fin. Alex. cons. 57. ponderatis verbis nu. 2. lib. 3. vbi ita post Io. de Imol. & Ang resideт Corn. cons. 5. In hac cōsultatione sub nu. 2. vers. illa itaq; consuetudo lib. 1. Rol. d. cons. 74. nu. 8. & cons. 39 quattuor sunt nu. 19. lib. 3. vbi generaliter loquitur de ascendentibus, & subdit quod multo minus

nus

419 nus trahetur ad fratres † & ſorores alioſq; tranſuerſales teſtatoris vt ibi per eum.

420 Limitatur † dicta concluſio vt non habeat locum, & ſic multo minus quam ſupra extraneis inſtitutis vel ſubſtitutis Bene dicit. Capr. conſ. 25. quidam Petrus Vitalis nu. 5. immo neq; etiam ſi pia cauſa fuerit ſubſtituta Dec. conſ. 476. concluſionem ſuperius firmatam nu. 4. Mazol. cõſ. 17. conſultus fui nu. 13

Aduertendũ tamẽ eſt quod ſi extraneus inſtitutus ſit heres cnm filijs, in portione filijs tangente mater habebit alimenta, in portione autem extranei habebit vſum fructum Bar. d. l. titia §. fin. Salyc. in d. Auth. hoc locum nu. 4. Corn. d. conſ. 5. poſt princ. lib. 1. Rol. conſ. 74. quia de pluribus nu. 6. lib. 2. Bero. conſ. 35. viſis & diligenter conſideratis nu. 12. lib. 2.

421 Limitatur 2. non procedere ſi filius repudit hereditatem Marc. Mant. conſ. 163. in preſenti caſu nu. 7.

422 Limitatur † 3. niſi relinquatur vſusfructus certe rei quia tunc non reſoluitur in alimenta Carol. Ruin. conſ. 50. caſus de quo agitur nu. 8. lib. 2.

423 Limitatur † 4. filijs extantibus nam ſi

filijs sublatis succedet extraneus consuetudo illa amplius non procedet, sed vxor incipit habere plenum vsumfructum Soc. iun. cõs. 185. non mediocris est dubitatio nu. 21. lib. 1. & huic subscripsit Dec. cons. seq. ibi in ordine 86. num. 4. & 5. &
424 in casu quo filius † præ decessit, & remãsit heres ab intestato quod debeatur vsusfructus voluit Alex. cons. 42. viso processu ad fi: lib. 2.

425 Limitatur † 5. quando constaret de cõiecturata mente testatoris, quia tunc cessabit consuetudo, quæ ex coniecturata testatoris mente inducta videtur Socc. sen d. cons. 1. sub nu. 7. vers. nec mirum lib. 4. Socc. Iun. d. cons. 85. nu. 20. lib. 1. ex quibus autem voluntas testatoris in contrariũ
426 colligatur † ponit Castr. cons. 218. quod vxor Domini Ristori col. 1. lib. 1. Alex. cõs. 56. per lectis erbis sub num. 2. vers. & in indiuiduo lib. 3. Corn. d. cons. 5. num. 2. Socc. Sen. d. cons. 1. nu. 11. lib. 4. Dec. cons. 454. Iuridicas esse arbitror col. 1. post princ. Mazol. cons. 28. testamento vir legauit nu. 15. Aym. cons 32. testator reliquit sub nu. 2. vers. per hoc & vers. sed tamen, Bero cons. 34. visis ac diligenter cõside-

ſideratis nu. 7. cum ſeqq. lib. 2. Grat. reſp. 117. iam video ſub nu. 4. verſ. his ſic præmiſſis lib. 2. & latiſſime Goza. conſ. 47 primo queritur in princ. vſq; ad nu. 13.

427 Limitatur † 6. niſi ſolum ſit relicta vſufructuaria abſq, alio cum filijs, quia tunc ſumus extra caſum conſuetudinis, & verba ad inuicem non implicant, vt eſt in caſu formali conſuetudinis Aret. conſ. 40. præſupponitur in facto col. 1. verſ. circa primum, & hanc contra Bar. eſſe communẽ opi: ex Nicol. de Mattarell. Odofr. ſpec. Io. Andr. Bal. & Salyc. quos refert conſtituit Bero. d. conſ. 34. nu. 13. lib. 2.

428 Declaratur † quod in caſu quo legatum vſus fructus reſoluitur in alimenta, eſt priuilegiata perſona in perceptione iſtorum quia iſta ſic relicta ratione alicuius preeminentiæ datæ a teſtatore poterit aliméta iſta propria auctoritate percipere Aret. d. cõſ. 40. ſub nu. 2. verſ. fatendum tamen Ludo. Goz. conſ. 95. prima facie nu. 11. & quod vſusfluctus ſiue reſoluatur in alimenta ſiue
429 non poſſit † propria auctoritate percipi voluit Rol. d. conſ. 74. nu. 20. cum ſeqq. lib. 1. quicquid in contrarium, & mali di-
420 xerit † Alex. in d. conſ. 51. qui dubitãdo de hoc

hoc dicit tutius esse capere de manu heredis, & vltra Rol. pro eius opi: allegari potest Ang. in l. 1. vers. cui adde quod tunc ff. rerum amot. Dec. cons. 418. visa,& iterum lecta nu. 3. idẽ Dec. inter consilia Soc. iun. cons. 86. diuino implorato nu. 7. lib. 1. Card. Paris. cons. 21. viso testamẽto nu. 27. lib. 2. vbi quod hoc saltim important istaverba, quod tamen non esset in relicto
431 † simplici alimentorum quia esset percipiendũ de manu heredis Ang. d. l. 1. Io. And. in addit. ad spec. qui fil. sint legit: vers. sed cum secundum.

432 Declaratur 2. quod in casu quo constat de mente quod vsufructuaria dicatur relicta vna cum filio equaliter debet fieri diuiso vsusfructus detracta prius legitima Bero d. cons. 34. & cons. 35. visis & diligenter nu 10. lib. 2.

433 Octuagesimosexto, in oppressis † quorum consuetudo, est vt Clament succurrite Bar. l. prohibitum num. 4. C. de iu. fisc lib. 10.

534 Octuagesimoseptimo, in optando †

435 Primo infertur † ad consuetudinem optandi prædendas licet sint specialiter per Papam reseruatæ Calder. cons. 3. an valeat

leat consuetudo in princ. de consuet.

436 Secundo infertur † ad consuetudinem aliquorum vt antiquior habeat portionem pinguiorem Bellem. decis. 229. primo quòd ex consuetudine.

P.

Octuagesimooctauo, attenditur consue-

437 tudo in pactis † secundum Bal. in l. si finita nu. 2. ff. de dann. infe.

438 Primo infertur † ad consuetudinem, vt pactum nudum habeat stipulationis uigorem Bal. d. l. de quibus nu. 97. vbi etiam quod non valeret consuetudo quod vnus

439 contrahentium deberet stare † pacto, & alter non, quia implicaret contradictiones in correlatiuis, postquam dispositum

440 in vno ex correlatiuis cẽsetur † dispositum & in alio Euerar. in centur. in loco a Correlatiuis.

441 Secundo infertur † consuetudine posse validari pactum de succedendo Bal l. cum archimedoram nu. 17. C. de fals. caus. adie.

442 sed contrarium † tenuit adem Bal. in l. 2. nu. 5. C. quæ sit lon. consuet. Bar. & Ang. relati per Alex. in l. pactum quod dotali sub nu. 4. vers. sed contrarium C. de pact,

443 videatur † ad hoc Franc. Marc. decis. 148.

queri-

queritur vtrum per verba nu. 4.

444 Tertio infertur † quod consuetudo informat pactum l. licet C. locat Bal. l. si cũ dotem nu. 7. ff. sol. matr. & alias dici solet quod consuetudo habet vim pacti imo quòd est fortior pacto, & quod vbi valet
445 pactum a fortiori valere † debet consuetudo ita post Bal. & Dec. voluit Aym. cons. 4. præsupponitur consuetudo nu. 13. lib. 1. Afflict. decis. 258 postquam cessauit nu. 2. vbi quod sicut valet pactum quod in
446 quilinus † teneatur soluere pensionem domus a se conductæ domino etiam pro tempore quo fuit pestis ita pariter valet consuetudo.

447 Octuagesimonono, in pascuis. †

448 Primo infertur † ad consuetudinem pascuãdi in alieno Territorio, quæ valet Neuiz. cons. cons. 58. quia secundum Platonem num. 3. Dec. cons. 550. Iuridicam esse arbitror in princ. Aym. d. cons. 4.
449 num. 4. & ibi quanto † tempore introducatur Paris cons. 27. in presenti num. 30. lib. 1.

Intellige hanc consuetudinem, & similem. f. vt in alieno liceat caedere lapides vt supra dictum est, & per luc. de penn. in repet.

450 pet. d. l. miſſi nu. 4. procedere † ſoluto præcio, quia alias conſuetudo priuans aliquem dominio rei ſuæ nō valet niſi ſoluto precio Paul. l. venditor §. ſi conſtat num. 3. ff. communia pred. Rocch. d. c. fin. num. 449. & inibi infert male loqui gloſ. in l. ſi locus §. fin. ff. quemadm. ſeruit. amitt quæ
451 dicit quod † de conſuetudine non ſoluitur preciū his qui priuantur agris ſuis pro via, vel ſtrata fienda, & in iſta gloſ. pro vt loquitur de iu: communi annis proxime tranſactis quibus ſtrata eſt via apud nos verſus ſulgineum ſub Illuſtriſſimo D. Cardinali Ria-
452 rio tunc legato † Peruſiæ, & Vmbriæ Integerrimo fundauit ſe quidam qui fuit reiectus, nec fuit ſibi ſeruata iſta iuris communis diſpoſitio.

453 Intellige † 2. procedere quando dicta conſuetudo habuit initium voluntarium, ſecus ſi violentum vt alias dictum eſt, & voluit Abb. c. dilecti num. 7. de Arbitr. cum alijs concord. per Pariſ. de conſ. 27. nu. 41.

454 Secundo infertur † ad cōſuetudinē dimictendi animalia in paſcuis ſine cuſtode: quia valet ad excuſandū famulum qui dimiſit animal in paſcuis quod lupus comedit

dit, vel fures abegeruut siluan. cons. 29. sui interrogatus nn. 6. Aym. cons 353. Domini Camere nu. 7. lib. 3. sicut excusatur
455 dimictens † equum sibi commodatum in pascuis si fuit a lupis interfectus quando dominus equi facere ita solebat licet non alij secundum Rocch. d. c. fin. num. 122.

456 Nonagesimo, in paupertate † & ideo consuetudo est in Francia vt si aliquis pau-
557 per habet litem † cum Rege, & non habeat vnde faciat expensas litis quod Rex administrat sibi Aduocatum vt veritas cause eruatur Bal. l. magis puto §. in primis nu. 2.ff.de rebus eorum, sed in hoc & alijs priuilegijs paupertatis de quibus per Benincas. in suo fertili Tract. Paupert. etsi maxime polleat paupertas, tamen cum
458 Aret. † in §. sed nostra Instit. de successi. libert. dixerim quod ab isto prodesse liberet nos Dominus.

Nonagesimoprimo, in peccati ma-
459 teria †

460 Primo infertur † quod consuetudo peccatũ quod sui natura est veniale facit mortale. c. vnum orarium ante fi: 25. distinct. Alberic in Diction.in uer.cõsuetudo Rocch.

ch. d. c. fin. num. 64.

461 Secundo infertur † quod consuetudo, excusat a peccato Socc. iun. cons. 68. maximi ponderis nu. 104. lib. 3. & ideo quando ea obseruatur apud omnes, etiam supe-
462 riores de facto pro iusta haberi debet, & iudex inferior eam sequi tenetur Aym. d. cons. 137. nu. 9. non tamen in foro poli ut per eos & supra dictum est.

463 Nonagesimosecundo, in pœnis † Marant. de ord. iudic. 4. par. 2. distinct. nu. 10. Bursat. d. cons. 200. nu. 90. lib. 2.

464 Primo infertur † quod licet blada emens causa reuendendi vt penuria sequatur, puniatur in 20. aureis l. 2. ff. ad leg. Iul. de Anno. de consuetudine autẽ secus in Burgundia seruari testatur Clar. d. §. fin. q. 80. nu. 2.

465 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt pater propter non petitum tutorem nõ priuetur successione Socc. Iun. cons. 16. viso themate nu. 34. lib. 2. & ibi etiam ponuntur alij casus quibus mater excusari potest.

466 Tertio infertur † quod cum variæ reperiantur in pęnis cõsuetudines in diuersis locis, in vnoquoque seruãda est consuetudo,

ibi

ibi vigens spec. in tit. de pæn. temer. litig.
467 lib. 2. par. 3. nu. 4. & secundum † dictam consuetudinem non secũdum dispositionẽ iuris imponi debet Aym. d. cõs. 137. nu. 6.
468 lib. 1. & in his consuetudo valet † vt leuius & grauius crimina puniantur Natt. cons. 240. reddidi alias consilium ad fi. lib. 2.
469 Limitatur † nisi ex causa Iudex velit recedere a pęna consuetudinis, quia potest Dec. c. de causis nu. 95. de off. deleg.
470 Quarto infertur ad consuetudinem, vt excuset notarios, & alios scribentes a pena falsi Ias. d. l. de quibus nu. 9. Alex. cons. 132. visa facti narratione num. 3. lib. 1.
471 vbi si sit consuetudo † quod contractus scribatur & sigilletur nomine Prælati per suos deputatos valebit licet ipse nihil sciat, quod hisce temporibus exemplificatur in Vicarijs Episcoporum, & Locatenentibus Gubernatorum qui vtuntur sigillis Dominorum, & ipsi nesciunt immo absunt per multa milliaria siluan. cons. 7. visa inquisitione num. 19. Rol. cons. 58. reuocatur nu. 20. lib. 4. Petr. de Rauenn. de consuet. num. 170. vbi de conseruatoribus tribus monetæ in Ciuitate Perusiæ, excusat etiam notarium ponentem in instrumento nomina

mina

472 mina † abſentium Franc. Marc.deciſ.117. quæritur an gratia nu. 15. per quam de-
473 ciſionem defendi a manibus Curie † tabellionem noſtratem qui in actis, & reſponſione rei fecerat comparitionem pro eo qui tempore actus reperiebatur in Ciuitate Peruſij & ſic per 15. milliaria abſens, quia, n. ante actum, & libellum productum ab actore ipſe citatus dixerat Notario actuario preterito quod rpſpouſum faceret.ſuo nomine in actis & peteret copiã libelli, ſtante ſic conſuetudine fuit a moleſtijs curiæ liberatus.

474 Quinto infertur † ad couſuetudinem, vt poſſit ex cauſa inducere pęnam mortis Dec. in. c. ſicut nu. 57. de probat, & ibi nu. ſeq. quod conſuetudo habeat poteſtatem iu ſanguine hominis.

475 Sexto infertur † quod tranſgreſſor conſuetudinis punitur ſicut tranſgreſſor legis Hoſt. c. queſtioni in princ. de App. & in c. ex literis nu. 6. de conſuet. Abb. c. cum conſuetudinis nu. 3.eo: tit. luc. depenn. in l. Vni. nu. 3. C. de priuileg. Vrb. Conſtantinop. lib. 11. Aym. conſ. 494. Municeps Caballarij nu. 11. lib. 3. Anguiſſol. conſ. 9. viſo & vt decet examinato nu. 4. & fine

476 consuetudines Ecclesiæ † illarum transgres
sores puniendo sunt transgressores diuina
rum legum Prepos. c. in his nu. 8. 11. di-
stinct. & in pęnis tantum potest consuetu-
477 do † quantum lex secundum felin. c. inter-
ceteras nu. 11. de rescript. cum similibus,
478 vnde Iudex iudicans contra † consuetudi-
nem facit litem suam sicut si contra ius iu-
dicaret Aret. in princ. Instit. de oblig. quæ
ex quasi delict. idemq; etiam in arbitris:
479 quia si factum sit compromissum † expres
se de iure, adhuc intelligitur secundum cō-
munem opi: quod pronunciet secundum
consuetudinem Rocch. in Rubr. de con-
suet. nu 50. & tanto magis si sit consue-
tudo generalis ibi nu. 54. & nu.. 58. & 59.
limitat nisi de iure communi intelligendo
480 causa † citius expediretur, & nisi in com-
promisso dicatur de iure communi ex-
presse.
481 Septimo infertur † quod stante consuetu-
dine possit quis puniri in Ciuitate confe-
derata Petr. de Rauenn. de consuet. num.
248.
482 Octauo infertur † quod licet confugientes
ad statuam Principis sint securi ne ob ali-
quod delictum auelli possint l. vni: C. de
his

his qui ad stat. confug. tamen de consuetudine contrarium seruatur Restatur. d. Imperat. q. 96.

383 Nonagesimotertio, in pensionibus †

484 Primo infertur † ad consuetudinem Bononiæ quæ habet vt pensiones soluantur post fructus perceptos secundum Hier. Grat, cons. 31. Nobilis vir nu. 13. lib. 1.

485 Secundo infertur † ad consuetudinem Veronæ, quæ habet ut pensiones solui debeant domino directo tempore guerræ Hypp. Rimin. cons. 49. Illustris nu. 13.

486 Nonagesimoquarto in pijs causis † vnde potest consuetudo inducere vt quilibet in piam causam aliquid conferre teneatur Rip. tract. de peste §. deuenio nu. 18. & inibi § accedo nu. 111. dicit hanc laudabilem consuetudinem.

485 Nonagesimoquinto, in piscationibus † & ideo consuetudine quis potest acquirere ne alius possit piscari in flumine quando ille solus fuit pluribus annis; & alios prohibuerit sciente, & non contradicente Populo Rol. cons. 5. pulchra profecti nu. 68. lib. 1.

487 Nonagesimosexto, in plantando † vnde infertur ad consuetudinem plantandi nu-

ces & alias magnas arbores ne dum minores non dimisso aliquo magno spacio, immo contiguas agro vicini, ita in in consuetudine vigente Magnani respondit Neuiz. d. cons. 58. num. 2. & subdit num. 4.
489 cessante † consuetudine si probetur quod quis vultra. 40. annnos possedit pacifice aliquam arborem quod dicitur præscripta Seruitus super dicta arbore, & sic super ea dicitur esse ius quisitam.

Nonagesimoseptimo, in portionibus
490 dandis † Alberic. in diction. in ver. consuetudo. 14. vbi quod maxime attenditur in portionibus Ecclesiarum.

Nonagesimooctauo, in possessionibus
491 acquirendo †
492 Primo infertur † ad consuetudinem, vt possessio transferatur sine aliqua apprehēsione seu traditione Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 82. Abb. c. 2. nu. 3. de con-
493 suet. vbi quod de iure possessio † non potest acquiri nisi interueniat aliquis actus corporalis, licet acquisita solo animo retineri possit, idem Abb. c. cum venissent num. 14. de restit. spol. in c. cum super nu. 17. de caus. possess. & propr. Bal. in Rubr. de consuet. nu. 20. vbi quod con-

suetu-

ſuetudo poteſt transferre poſſeſſionem ipſo facto, præſertim interueniente ali-
494 quo ſigno extrinſeco vt inueſtitura † taliquali Rocch. d. c. fin. nn. 167. Rip. reſp. 3. pro reſolutioue nu. 71. de iu. naturali Rol. conſ. 70. quoniam quodammodo nu. 17. lib. 3. vbi quod conſuetudo poteſt inducere modum, ſeu ſolemnitatem ex qua tranferatur poſſeſſio rei in aliquem ſine apprehenſione corporali, inducere etiã poteſt conſuetudo contrarium ſecundum eundem Abb. d.c. 2, nu. 16. vbi circa præ-
495 miſſa infert quod hodie † per generalem conſuetudinem ex inſtallatione facta in certa ſede videtur acquiſita poſſeſſio illius dignitatis & beneficij declarando hoc qđ non transferatur poſſeſſio quando in alia ſede inſtallaretur, & non mirum ſi illo caſu acquiritur poſſeſſio quia concurrit ficta
496 traditio, quæ ficto † cauſatur ſtante conſuetudine tranſlationem poſſeſſionis alias non Bal. l. 1. poſt princ. C. communia de legat.

497 Secundo infertur † ad conſuetudinem vt continuetur poſſeſſio defuncti in heredem, & illius vigore competit heredi remedium recuperande poſſeſſionis Rip.

vbi supra num. 75.

498 Tertio infertur † ad consuetudinem quæ potest transferre possessionem totius ratione partis secundum Afflict. decis. 239. alia consuetudo nu. 4.

499 Nonagesimimonono, in præbendis † vnde consuetudo quæ dat alicui præbendam videtur sibi dare licentiam possidendi Bal. in Margarit Inn. in vers. consuetudo.

500 Centesimo, in Præcedentijs † Dec. in l. cum quid in vltima lect. nu. 39. ff. si cert. pet. Ias. cons. 192. extra est gloriosa num. 13. lib. 2. Gig. cons. 70. & si sepius num. 56. Ruyn. cons. 155. quia de iure num. 4. & 18. lib. 4. & cons. 16. in hac controuersia nu. 6. lib. 1. vbi quod est consuetudo in Tuscia quod fratres Minores vadant ante prædicatores; quia ibi est consuetudo, quod dignores sequantur Rip. resp. 5. Are laten. num. 5. da constit. Decian. cons. 21. contenduut de Nobilitate nu. 6. lib. 1. Io. Piccard. inter cons. Menoch. cons. 52. dubia semper nu. 144. & ibi nu. 172. infert ad validitatem consuetudinis vt Præla

501 tus inferior † in sua Parochia præcedat Episcopum. & si consuetndo præcedendo so-

502 let † habere locum inter pares ut. s. qui

prior

prior eſt tempore in dignitate præcedat poſteriorem habentem plures qualitates, aut honores, non tamen ſi habeat plures dignitates, aut habeat iuriſditionem, ita poſt Alex. & Dec. Panciorol. conſ. 162. orta eſt contentio nn. 19. lib. 1. & inferri po
503 teſt † ad Priores qui prius in magiſtratu eorum Communitatis aſciti ſunt nam ſi poſt eos ſint creati alij licet caſatæ magis honoratæ, ad huc præcedere debent creati primo loco licet non tam magnæ familiæ & ita ſuper hoc conſultus alias reſpondi in Patria mea.

Centeſimo primo, in præſentationibus.
504 Primo infertur † ad conſuetudinem, vt ad petitionem Parochianorum inſtituantur Rectores in Parochijs qui ſint grati Populo abſq; iure patronatus prout vigere in Ciuitatibus Mediolani, & Venetiarum dicit Io: Bapt. Ferrett. conſ. 33. in propoſita queſtiune nu. 5. lib. 1.

505 Secundo infertur † ad conſuetudinem, vt ius præſentandi ſpectet ad primogenitũ
507 licet de iure † ſecus ſit quando illo inſpecto heredes concurrunt in præſentando Roman. conſ. 368. præſens couſultatio num. 4. cum ſeqq. & ibi ſubdit quæ

non ad hoc requirantur.

Centesimosecundo, iu præsumptioninibus vnde de generali consuetudine quili

507 bet præsumitur generare † & quod filios suscipiat Carol. Ruyn. cons. 98. viso themate nu. 25. lib. 2.

Centesimo tertio, in probationibus

508 Natt. cons. 62. societas nu. 7. lib. 1.

509 Primo infertur † ad consuetudinem vt possit inducere quod duobus notarijs vocatis super testamento facto ad alias causas quam pias, credatur sine testibus, & subscriptione valet. n. consuetudo detrahens formæ testandi in modo probando secundum Bellem. decis. 645. consuetudo in princ.

510 Secundo infertur † quod consuetudo potest facere vt priuata scriptura secretorum virorum plene probet Bal. in Rubr. de consuetud. nu: 19. Ias. in l. ad monendi in repetit nu. 45. ff. de Iureiur. vbi hanc consuetudinem vigere Venetijs testatur Card. Paris. cons. 68. Contra & aduersus

511 nu. 19. libib. 5. & quod cousuetodo † scripturæ alias inualidæ possit probati nem, roburq; concedere voluit Host. c. 2. nu. 7. de fi. instr. Abb. c. 2. num. 4. de probat. Imol.

Imol. c. ſicut ſub. nu. 9. verſ. ſed attendendum eo: tit. felin. c. cum dilectus nu. 35. de fid: inſtr. & ibi nu. 36 cũ ſeqq. ſubijcit tres not. declarationes Roman. conſ. 204. pro diſcutiendo nu. 8. Anch. conſ. 44. primo de viribus nu. 6. Card. Zabar. conſ. 72. ſigillatim ad ſingula nu. 8. Socc. Sen conſ. 277. viſis primo inſtrumento, & libro nu. 4. lib. 2. Purpur conſ. 6. præſens cauſa num. 15. lib. 1. Franc. Marc. deciſ. 396. quæritur an valeat in princ. & deciſ. 455. quæritur an per priuilegium nu. 4.

Similiter etiam & conuerſo probatio-
512 nem † aliàs validam improbare poteſt conſuetudo Socc. Sen. conſ. 92. in cauſa domini Antonij nu. 13. lib. 3.

Centeſimo quarto, in proteſtationibus
513 † vnde eſt conſuetudo in locis maritimis vt
514 fiat poteſtatio † quod propter impedimentum maris non poteſt tranſire licet ibi ſit cauſa tranſeundi ſm̃ Iaſ. in l. non exigimus §. quod diximus num. 2. ff. ſi quis caut.

515 Cẽteſimo quinto, in prothocollis † vnde in illis de conſuetudine ſolet apponi ſignum notarij Menoch. conſ. 42. iuris elegans queſtio nu. 10.

516 Centeſimo ſexto, in prouiſionibus † vnde

de valet consuetudo vt Episcopis prouideat de Prælato omnibus Ecclesijs etiam collegiatis Ias. l. si vnus §. pactus ne peterat nu. 10. ff. de Pact.

Centesimo septimo, in publicis rebus
517 † detrahendis luc. de penn. in repet. d. l. missi nu. 3. C. de exact. tribut. lib. 10.

Q.

Centesimo octauo, attenditur consuetodo in Quartis † vnde cõsuetudine induci
518 potest de quibus detralatur legitima vel trebellianica Ant. c. Raynucius nu. 19. de testa:

R.

Centesimo nono, attenditur consuetu-
519 do, in rationibus reddendis †
420 Primo infertur † consuetudine induci posse vt libri rationum plenam fidem faciant Ias. l. 1. nu. 23. C. de summ. trin. & fi: Cath.
521 Secundo infertur † quod valet consuetudo, vt detur fides libris mercatorũ Dec. c. sicut nu. 44. de Iudic. intelligendo tamen secundum quod supra declaratũ est.

Cente-

522 Centesimo decimo, in Regalibus † & in eis quæ Regalia censentur Mar. Anguissol. cons. 59. in causa Illustri Domini nu. 33. lib. 1.

523 Centesimo vndecimo, in Regullis † Relligiosorum vnde de consuetudine quis quis promittit obedientiam in relligione, quæ quidem consuetudo intelligenda est
524 † vt non censeatur professus, quia per hoc non dicitur promisisse castitatem, & paupertatem vt dicit regula spec. tit. de sta: Monach. vers qualiter concipiet nu. 42.

Centesimo duodecimo, in remissioni-
525 bus reorum † quæ de consuetudine fieri non solent Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 38. nu. 20.

Centessimo decimotertio, in Renun-
526 ciationibus beneficiorum † introductis ad fauorem mulierum maxime, vt in renunciatione, Beneficio Valleriani consuetudinem esse refert Ang. in l. generaliter post princ. vers. in ea glosa ibi item si renuncies C. ad Senat. Vellea, idem videmus quotidie fieri in instrumentis dum renunciatur etiam Auth. si qua mulier. C. eo. tit. & licet glos. Cyn. Iac. de Aret. & Salyc. dicant quod cum lex illa sit pro libitoria eidē

non

nō possit renunciari etiam cū iuramento, tamen de iu: Canonico valet dicta renunciatio, & ea ratione anima cunctis rebus præciosior bonis fortunæ postponatur, ita Bar. Aug. & Paul. in d. Auth. si qua mulier & Canonistæ maxime Abb. c. cum cōtingat nu. 4. de Iureiur.

527 Centesimo decimquarto, in Rescriptis†

528 Primo infertur † ad consuetudinem, Principis quæ sufficit ad recognoscendum subreptionem in Rescriptis secundum Rol. cons. 57. quoniam præsens consultatio nu. 32. lib. 3.

529 Secundo infertur † quod licet in Rescripto Principis requiratur de iure subscriptio ipsius l. Sacri affatus C. de diuers. rescript. de consuetudine tamen seruari contrarium testatur spec. in tit. de rescript. præsent. §. primum igitur sub nu. 7. vers. item quod non est ibi subscriptum lib. 2. cui se remictit Bar. in Auth. vt Diuin. Iussion. in princ. nu. 2. idem Bar. Paul. Salyc. Ias. & cæteri Doct. in d. l. sacri affatus.

Centesimo decimoquinto, in residen-
530 tijs faciendo vel non †

531 Primo infertur † valere consuetudinem de non residendo Rip. d. resp. 1.

num.

num. 29. de conſuet.

532 Secundo infertur † ad conſuetudinem vt quis in Eccleſia non teneatur continue reſidere, ſed alternatim deſeruiat Gemin. c. tenere nu. 3. 31. diſtinct.

533 Tertio infertur † ad conſuetudinem, vt Clericus non teneatur facere reſidentiam in Ecvleſia quæ requirit, Afflict. decil. 289. sereniſſimus Rex nu. 11.

Quarto infertur † ad conſuetudinem, vt quis non reſideat in Canonicatu etiam non tenendo Vicarium Abb. conſ. 67. cōdeſcendendo in princ. lib. 1. & ibi intelligit niſi Eccleſia indigeret ſeruitio: quia tunc poſſet ſaltim compelli tenere Vicariū vt ibi, id quod apparet prohibitum per Sacroſanctum Concilium Tridentinum, de reforr. ſeſſ. 24.

534 Quinto infertur † ad conſuetudinem, vt in ſimplicibus beneficijs non ſit opus reſidere, idem Abb. c. iam dudum nu. 8. de preben. intelligendo tamen vt per eundē Abb. in. c. extirpandæ §. qui verò in repet. nu. 31. de præbendo.

S.

Centeſimo decimoſexto, attenditur con-

535 consuetudo in sacramentis † ministrandis
vnde consuetudo facere potest vt sacerdo-
536 tes † Hospitalium possint suis familiaribus, & pauperibus in Hospitali degentibus Sacraměta ministrare, si tamen nomine Hospitalis hoc faciant Abb. clem. 1. nu. 3. de priuileg. vt plurimum pollerē consuetudinem in Sacramentis, & officijs Ecclesiastici dixit spec. tit. de dispensat. vers. iuxta propositionis ordinem nu. 34.

Centesimo decimoseptimo, in salarijs
537 † vnde licet salarium debeat solui Rectoribus Terrarum in princ. officij pro toto tēpore Assessori autem in fine officij, Pauli Castr. l. diem functo nu. 3. ff. de off. Assess. tamen de consuetudine non seruatur secundum eundem ibi, quia hodie fiunt
538 distributiones vel mēstruæ † vel bimestres secundum vnam quamq; Terram, Ciuitatem, & similia loca quæ talia salaria præstant officialibus.

Centesimo decimooctauo, in scriptu-
539 ris † Io. Mar. Rimin. cons. 287. in causa nu. 18. lib 1.

540 Primo infertur † attendendā esse consuetndinem scribentis Dec. c. 1. nu. 116. de probat.

Secun-

541 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt credatur priuatæ scripturæ alicuius Alex. cons. 113. Viso & diligenter considerato nu. 6. lib. 4. Felin. c. 2. nu. 13. de fi: instru. Dec. c. 1 nu. 6. eo. tit. & c. sicut nu. 47. de probat. vbi subdit hoc maxime procedere quoniam esset scriptura † iam facta, non autem facienda Ias. in reper. l. admonendi nu. 98. ff. de Iureiur. & in consuetudinem de adhiben fidem libris Capi-

543 tolorum † Ecclesiarum absq; testibus & alijs solemnitatibus tenuit Alex cons. 124. Considetatis his nu. 2. lib. 5. Rocch. d. c. fin. num. 171. & quod consuetudo possit hoc inducere voluit Grat. cons. 123. contra dominus nu. 8. lib. 2. vbi quod consuetudine potest adhiberi fides libris Canoni-

544 corum † licet etenim sint scripti a notarijs alias de iure communi fidem non facerent deficientibus testibus, loco. nomine Papæ & huiusmodi quamquam si mortuus esset fidem semiplenam facerent Alex. cõs. 187. uisa copia scripturæ in princ. lib. 7. & subdit quod libri Episcoporum Eccle-

545 siarum † Ciuitatum & aliorum quando non sunt in forma pubilca non probant exactionem redditũum; locationes, estimationes,

estimationes, & canonum solutiones, nisi quando interpublicas scripturas in loco publico ad hoc deputato per officiales publicos ad id adscriptos custodirentur, & pro publicis tales libri haberentur ita vt iudices & aliæ personæ indifferenter pro publicis vterentur, & hoc non tantum si in iudicio, sed etiam extra sicut de qualibet scriptura non Authentica respondit Natt. cons. 575. subtiliter nu. 10. lib. 3.

546 Tertio infertur † quod literæ cum sigillo probant absq; testibus stante consuetudine Dec. c. post cessionem nu. 41. de probat. Alciat. resp. 1. hic casus nu. 26. lib. 8. vbi loquitur in literis Principis, & dicit etiam Dec. vbi supra nu. 42. vnum not. dictum quod immo consuetudo facere po-
547 test quod soli † sigillo credatur sine scriptura inferendo ad consuetudinem, quæ viget Senis. s. vt sufficiat hominibus Castrorum veniant, & ostendant sigillum Communitatis propter consuetudinem.n. creditur eis venientibus cum sigillo quod procuratores sint, & hoc quidem sigillum faceret
548 † fidem etiam extra diocessim stante consuetudine secundum Henr. Boich.d.c.post cessionem nu. 4.

Centesimo

Centeſſimo decimonono, in ſententijs
549 † vnde valet conſuetudo vt recitetur ſententia per alium dummodo Iudex proferat verbum condemno vel abſoluo ſecundum Rocch. d. c fin. nu. 150. & hanc conſuetudinem magni facere, & notare deberent pro ipſi indocti officiales qui ſtant ſemper taciturni.

Centeſimo vigeſimo, in ſepulturis mor
550 tuorum † Hier. Grat. conſ. 110. Themate eſt nu. 7. iib. 1.

551 Primo infertur † ad conſuetudinem vt pater poſſit filijs impuberibus eligere ſepulturam vt habetur. c. de vxore §. vtrum de ſepult. & talis conſuetudo viget in Patria mea & iſti filij vulgo dicunaur iudicati per patrem.

552 Secundo infertur † quod licet locus in quo quis ſepulturã in Ciuitatẽ edificat confiſcetur. l. Prætor ait §. Diuus ff. de ſepulch. viol. tñ in illa lex de conſuetudine non ſeruatur Clar. in pract. crim. §. fin. q. 79 nu. 5.

553 Tertio infertur † Athenienſes tantnm habuiſſe ſepulchrorũ curã vt perẽptos bello ſi quis dux honeſtare ſepulchro neglexiſſet capite plecteretur, & apud Hebreos lege cauebatur ne hoſtem quidem inſe-

pultum relinquerent, & apud Macedones nullum fuit tam solemne militiæ munus quam suos sepelire, contra tamen
554 † Albani qui curam mortuorum agere nefas esse arbitrabantur,& Nabathei qui defuncta fato corpora stercoris loco ẽtRegis cadauer in sterquiliniũ deijciebãt vt hos & similes ritus cõemorat offic. Text.vbi s̃.

Centesimo vigesimoprimo, in signo
555 crucis †: hoc.n. signum fit ex consuetutudine Christianorum & Ecclesiæ: debet autem secundum aliquos terminari † in sinistro latere primo, quia Iudei in primis crucifixerunt manum dextram quam sinistrã, vt habetur in Epistola Pauli Apd̃stoli super ver. quæ sit latitudo, longitudo sublimitas, & profundum, 2. quia quando quis capitur ab hostibus & ligatur, primo ligatur manus dextra quam sinistra quia fortior est homo in illa vnde homo qui debet se signare primo debet incipere a superiori parte Capitis descẽdendo ad inferiorem postea redire ad partem dextram & demum ad sinistram secundum Hier tamen secundum Gemin. qui, ita refert. in c. Ecclesiasticarum nu. 3. 11. distinct. diceri est quod crux debet in cipi in capite

cum

cũ nomine Patris in dextra continuando cũ nomine filij quoniam filius sedet ad dextram patris & finire in sinistram cũ nomine Spiritus sancti disignando quod Spiritus sanctus procedit ab vtroq; quod tamen signum tribus digitis apprehendit molem Terrae, & ita determinant & tenẽt Gemin. Inn. & Archid. sed Turr. Crem. in d. c. Ecclesiasticarum nu. 5 sentit quod signum Crucis debet fieri forma quadrangulari quia Crux Christi quattuor Corrona creditur habuisse 2. quia a quattuor mundi partibus homines ad fidem congregantur Ioann. cap. 12. ibi ego si exaltatus fuero, a Terra, omnia traham ad me, 3. quod quattuor mundi partes sensibiles per eam reuocantur, 4. quia Christus in carcere exhibet patientiam commodat humilitatem, implet obedientiam, & perficit charitatem, secundum Bernard. & sic per frontem Pater designatur per descensum inferius designatur filius quia vero sanctus procedit ab vtroq; proceditur a sinistra in dextram quae melius designatur, & haec opi: communiter in practica tenetur, licet ipsemet Turr. Crem. ibi in princ. vers ad primum videatur facere

cere fundamentum in rationibns d. Gemin. aquibus tamen recedit, quia subdit per sinistram designari temporalia, per dextram spiritualia, sed spiritualia præferenda sunt temporalibus, & ideo finiri debet in dextra.

Centesimo vigesimosecundo, in syndi-
557 catibus † vnde valet consuetudo vt quis
558 non teneatur se subijcere syndicatui † quæ tamen non procedit ad fauorem eorum qui per dolum vel latam culpam iniquas ferunt sententias secundũ Cesar. Contard. in l. Vni. C. si de moment. possess. limit. 11. nu. 16.

Centesimo vigesimotertio, in Societa-
559 tibus † vnde consuetudo facere potest q̃d etiam inter virum & vxorem possit esse societas, quæ intelligitur si simul cohabitent
560 † secus si separatim quia cessaret disp. l. quintus ff. de donat. inter ui: & vxo. Cels. Vgo cons. 33. supponitur mihi in facto nu. 3. & ibi quod tales sunt consuetudines Franciæ & Burgundiæ.

Centesimo vigesimoquarto, in solemni
561 tatibus † quibus etiam consuetodo derogare potest Bal. l. sed ea. nu. 3. ff. de legibus.

Primo

562 Primo infertur † quod consuetudo poterit derogare solemnitati c. fin. de Elect. ita Aym. cons. 63. primum dubium num. 2. lib. 1.

563 Secundo infertur † ꝙ consuetudo derogare poterit solemnitati instrumēti Inn. c. 1. sub nu. 9. vers. si vero de fi: instr.

Centesimo vigesimoquinto, in Socci-
564 dis † animalium secundum Franc Marc. decis. 888. queritur super diffinitione nu. 6.

Centesimo vigesimosexto, in solutio-
565 nibus †

566 Primo infertur † ad consuetudinem soluendi pro spiritualibus quæ valet quinq; tamen concurrentibus de quibus seriatim & late per Pauli Castr in cons. 764. circa primum quesitum col. 1. lib. 1.

567 Secundo infertur † quod sola consuetudo præstandi aliquid Ecclesiæ videtur causa sufficiens ad soluendū in futurum Eeln. c. veniens nu. 3. de testibus.

Centesimo vigesimoseptimo, in spor-
568 tulis † dandis Rol. cons. 87. in proposita questione nu. 3. lib. 2. Spec. in tit. de salar. Iudic nu. 13. vbi quod valet consuetu-
569 do † quod percipiatur aliquid a Iudici-

bus pro sportulis.

Centesimo vigesimoseptimo, in spor-
568 tulis † dandis Rol. cons. 87. in proposita
questione nu. 3. lib. 2. spec in tit. de Sa-
lar. Iudic. nu. 13. vbi quod valet consuetu
569 do † quod percipiatur aliquid a Iudicibus
pro sportulis.

570 Intellige † prædicta procedere inspecto
iure Ciuili non autem Iure Canonico quo
nullus Iudex nec ordinarius, nec delega-
tus post accipere sportulas Abb. c. cum ab
omni nu. 10. de vit. & honest. Cler. Anch.
cons. 218. iuxtum ordinem nu. 2.

Centesimo vigesimooctauo, in statutis
571 † Grat. cons. 41. visis dubijs nu. 2. lib. 2.
Roman. sing. 422. communis doctrina,
& ibi limitat nisi statuto aliter caueretur,
statuti s. verba intelligi nullo extrinseco
572 † addito vel diminuto, quomodo tunc se
cundum iuris interpretationem intelligi-
tur.

Centesimo vigesimonono in stipulatio-
573 nibus † Alex. l. post dotem nu. 26. ff. sol.
matr. vnde consuetudo inducere potest vt
quis valeat alteri stipulari Ias d. l. de qui-
bus nu. 74. & l stipulatio ista habere § al-
teri nu. 2. de Ver. oblig.

Cen-

Centesimo trigesimo, in substitutioni-
574 bus † vnde consuetudo facere potest, vt
575 etiam post pupillarem etatem † possit alteri directo substitui etiamq; post aditam hereditatem licet de iure contrarium caueatur. l verbis de Vulg. & pupill. ita Alex. in l. moribus nou 2. eo. tit & ibi etiam nu. 3. subdit valere etiam consuetudinem vt pater nequeat pupillariter substituere.

Centesimo trigesimo primo, in succes-
576 sionibus †
577 Primo infertur † quod quamuis Monaci vel alij relligiosi cuiuscunq; ordinis succedant parentibus licet etiam sit fœmina relligiosa, l. Deo nobis. C. de Episcopis & Cler. tamen de consuetudine Regni Franciæ non succedunt, & sic ibi non seruatur
578 † d. l. Deo nobis ita post Massuer. Benedict. & Stefan. Aufer. voluit Nicol. Boer. de Author magni consilij ad finem.
579 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt fœminæ non succedant stantibus masculis in Comitatibus, & Dignitatibus habentibus administrationem secundum Dec. cons. 655. viso eleganti consilio nu. 25.
580 Tertio infertur † ad consuetudinem excludentem indistincte ne dū in Comi-

tatibus,& Dignitatibus vt supra fœminas a successione stantibus masculis licet sit mixta fauore, & odio secundũ Io:Ludo.de Lambert. inter consilia vlt. volunt. 75. casus super quo petitur consilium nu. 15. & teta Italia pro consuetudine generali seruat, vt fœminæ excludantur per mascu-
581 los † etiam a legitima, vt disponebat lex 12. tabularum, quæ etiam excludebat ma
582 trem † & agnatis hereditatem deferebat Iofred.cous. 14. in causa Magnificæ num. 19. Gramm. decis. 57. Iacobus num. 29.
583 itemq; vnam familiam certo † modo testando Menoch. post multos quas allegat cons. 2. magni ponderis nu. 282. lib. 1.

584 Quarto infertur † ad consuetudinem, vt vxor marito habenti bona mobilia, & immobilia succedat in omnibus bonis mobilibus, debitis & creditis etiam liberis existentibus Rot. Rom. decis.7. nota consuetudo de consnet. in antiq. & in decis. 1. fuit dubitatum in princ. eo tit. in nouis.

585 Quinto infertur † ad consuetudinem, vt fœminæ non succedunt in certis bonis Socc. iun. cons. 62. diligenter profecto nu. 2. lib. 2. Card. Paris. cons 26. ex tenore nu. 98. lib. 2. vbi quod valet consue-

suetudo admittẽs, & adimẽdo successionẽ.

585 Ampliatur † vt non tantum valeat ista consuetudo, si sit generalis, sed etiam si sit specialis alcuius familiæ vt in l. liberto ff. de Ann. leg. Ruyn. cons. 38. quoniam de pluribus nu. 6. & cons. 40. pro euidentia nu. 11. lib. 1. Socc. iun. d. cons. 62. col. 1. vers. circa tertium lib. 2. Pancirol. cons. 1. cum sigismundus nu. 100. lib. 1. vbi exemplificat in Illustrissima familia Pi

587 corum † quæ habet vt stantibus fratribus fœminæ a parentum, & fratrum successione repellantur.

588 Intellige † tamen hoc procedere in ea familia quæ habet iurisditionem statuendi in loco Ang. in l 3. in princ. ff. de testa: & in l. fin. sub nu. 4. uers & ego ibi addendo quesiui. C. eo: tit. Alex. in l. si non speciali sub nu. 5. vers. nisi secundum Angelum. C eo: Carol. Ruyn. d. cons. 38. nu. 9. & cons. 108. visa ac bene intellecta nu. 9. lib. 2. quicquid in contrarium (ma-

589 le ni fallor) † voluerit Ias. in l. omnes Populi in repet. sub nu. 42. vers. sed eorum fundamentũ de Iust. & iu: cũ quo pertiansire videtur soc. iun. d. cons. 62. col. 1. uers. sed est si talẽ nixus tm̃ auctoritate Ias. vbi supra,

590 supra, sed & ipse met Ias. † melius sentiendo tenuit cum Ang. & sequacibus in l. si quis a filio §. si parti sub nu. 4. uers. nisi secnndum eos de leg. 1. & idem tenuit consulendo cons. 46. omissa vlteriori allegatione nu. 5. lib. 1. idem Socc. iun. sibi
591 parum † constans etiam ipse mutauit sententiam in cons. 65. cum in presenti nu. 34. lib. 1. vbi loquens in Illustrissima lantgrauiorum familia dicit quod cum ea haberet iurisditionem potuit consuetudinē inducere citando ibi ad hoc Alex. & ita in Comitibus Baronibus Potentatibusq; Nobilibus merum, & mixtum Imperium habentibus voluit Zas. in d. l. si quis a filio §. fin. col. fin. vers. consequenter.

592 Sexto infertur † ad consuetudinem, vt primogenitus succedat in solidum etiam in bonis allodialibus quia valet Iacob. de S. Georg. in l. cum antiquioribus nu. 18. C. de iure de lib.

593 Septimo infertur † ad consuetudinem vt Episcopus succedat in bonnis presbiteri diocesani ab intestato mortui Purpur cons. 178. Reuerendissimus Augustanensis nu. 4. lib. 2.

594 Octauo infertur † ad consuetudinem, vt

vt mortuo Parochiano Sacerdos Parochiæ debeat habere illius vestes, quæ quidem consuetudo intelligitur in vestibus Altari non pignoratis si nanque essent pignoratæ heres defuncti non teneretur eas luere ad commodum dicti Sacerdotis Ias. l. si res obligata nu. 25 de leg. 1.

595 Nono infertur † vt si ad sit consuetudo vt viget in multis partibus quod si pater decesserit, & aliquem filium mortis tempore in potestate non habuerit quod Curia vel Baro possit omnia bona sua occupare si aliquis decesserit, & nullum filium mortis tempore habuerit in potestate sed solum Clericum positum in dignitate Episcopali non dicitur prædicta consuetudo obstare dicto filio Episcopo quia licet non sit
596 in potestate † potest tamen succedere & reputatur exiuisse de Patria potestate in his quæ facerent contra eum sed in fauorabilibus reputaretur in potestate Bar. in l. itē in potestate ad fi: ff. de his qui sui sunt vel alie. iu: Io. Fabr. in princ Instit quibus mo: ius patr. pot. sol. vbi hanc dicit fuisse opi: Io: & Petr.

T.

Centesimo trigesimosecundo, attenditur

597 ditur consuetudo in taxis † vnde in taxatione expensarum maxime attenditur Anguissol. cons. 144. in causa nu. 11. lib. 1.

Centesimo trigesimotertio, in testa-
598 mentis Socc. iun. cons. 59. circa primam dubitationem nu. 22. lib. 3. Mandell. cõs. 6. præsupponitur in facto num. 2. Neuiz. cons. 64. Emitte temporum nu. 16. vbi ꝙ
599 per consuetudinem testamentum † validatur & generaliter in vltima voluntate Iac. de penn. vbi supra.

600 Primo infertur † quod derogare potest solemnitati testamenti Curt. inn. cons. 162. habita diligenti nu. 3. vbi infert ad consuetudinem Venetorum.

601 Secundo infertur † quod consuetudo facere potest vt pater adulto possit relinquere testamento curatorem, & dare etiã illum vsq; ad 18. ann. Bal. l. moribus nu. 2. ff. de Vulg. & pup.

602 Tertio infertur † ad consuetudinem, ut possit concedere facultatem clericis vt possint testari de fructibus beneficiorum Viui: communium opi: lib. 1. opi: 41. Clericus.

603 Quarto infertur † ad consuetudinem, vt alius pro alio testetur Nicol. Bellon. in

princ.

princ. nu. 29. Instit. de pupill. subst.

604 Quinto infertur † ad consuetudinem in apertura testamenti Iacob. de S. Georg. in l testamenti in princ. C. quemad. test. aper.

605 Sexto infertur † quod valet consuetudo quod Hebrei legis Hebreæ periti faciant testamenta & eis fides adhibeatur plena Io: Calder. cons. 2. consuetudo quæ habet de consuet. Hypp Rimin. inter cons. vlt. volunt. cons. 165. queritur nu. 14.

606 Septimo infertur † vt attendatur consuetudo in testante secundum Card. Paris. cons. 3. videtur Dominum Diogenem nu. 50. lib. 3.

607 Ampliatur † vt tantam habeat vim, & potentiam consuetudo testatoris quod si vno modo se habet consuetudo illius, & alio modo consuetudo, Regionis, potius attendenda est consuetudo illius quam regionis. l. si seruus plurium §. fin. ibi ante omnia ipsius Patrisfam. consuetudo dein de regionis in qua versatur ex quirēda est

608 ff. de leg. 1. quod ad materiam † emphiteuticam traxit Ang. in l. 2 sub num. 10. vers. sed tamen C de ui: Emphit Nicol. euerar in centuria in loco ab ordine sub nu.

nu. 7 vers. ante omnia, Dilect. de arte testando tit. 6. caut. 66. sub nu. 2. vers. prius tamen inspicitur, & ista dicitur consuetudo priuata Dec. c. 1. nu. 117. d. probat.

609 Octauo infertur † ad consuetudinem, vt testatores teneantur relinquere certam quotam ad pias causas Gemin. cons. 139. in causa Reuerendi Patris nu. 4. & in Patria mea in omnibus testamenais consueuit mentio fieri de Ecclesia Sancti Claudij cui relinquuntur quinq; solidi.

610 Nono infertur † ad consuetudinem, vt nullus possit testari quia tendit ad fauoram coniunctorum proximorum qui absq; testamento succedunt de iure communi Aym. cons. 118. in hac causa nu. 7.

611 Decimo infertur † ad consuetudinem, vt qnis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus Imol. in l. moribus in princ. ff. de Vulg. & pupill. item quod quis decedat cum pluribus testamentis, itemq; quod detur hereditas in cordicillis

612 † licet alias sit prohibitum de iure Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 18. Rocch. d. c. fin. nu. 169.

Centesimo vigesimoquarto, in tollendo iure tertij † quod fieri potest per con-
613
suetu-

ſuetudinem cum iuſta cauſa Bar. in l.1.nu. 2. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu Aret. in §. ex non ſcripto nu. 38. Inſtit. de iu: natur. Gozz. conſ. 90. in cauſa Mantuana nu. 19.

Centeſimo vigeſimoquinto, in tortu-
614 ra † vnde per vnum indicium de conſuetu
dine deuenire poteſt ad torturam Clar. d. §. fin.q. 64.nu 15.

Centeſimo vigeſimoſexto, in tributis
615 † ſoluendis Bar. l. miſſi nu. 14.C.de exact. tribut. lib. 10. vbi etiam luc. de penn. in repet. nu. 3. Socc. iun. conſ. 49. quoniam ex facto num. 16. & 26. lib 1. Rol. conſ. 79. in preſenti conſultatione nu. 84. lib. 3. Franc. Marc. deciſ. 420. queritur ad quam rationem nu. 2.

V.

Centeſimo vigeſimoſeptimo, attendi-
616 tur conſuetudo in venditionibus †
617 Primo infertur † ad conſuetudinem, vt proximior poſſit retrahere rem venditam a proximiore Rol. conſ. 27.num. 4.lib. 2. cuius quidem cõſuetudinis vigore de duobus occurrit dubitare primo a quo tem-

repo

pore debeantur rei vendite fructus a redi-
618 mente † & quidem communis est conclusio vt non debeantur nisi a tempore litis contestate non obstante oblatione, & consignatione facta Tiraq.de retract.§.15. consuet. 2. nu. 4. secundo, si quis habens vsumfructum emerit proprietatem,
619 † proximiore de genere retrahente intra tempus a consuetudine præstitutum posset fieri retentio vsusfructus, per prædictũ qui emit proprietatem, & recepta videtur Doct. sententia vt vsusfructus facto retractu reuiuiscat, ita indistincte tenuerunt Ang. & Castr. in l. si maritus ad fi: C. de in off. testa: & omissis distinctionibus Iac. de Aret. Bal. Salyc. & aliornm in d.l. ita residere videtur Tiraq.in d.Tract.de Retract. §. 1. glos. 7. nu. 62 vsq; ad 72. & ad leges quæ inibi in cõtrarium allegantur pro Gugl. de cun. dicas quod alleg. l.dominus in princ. de Vsufr. fuit in oppositum eius ad quod allegatur, quia vsufructus ibi reuiuiscit in persona vsufructuarij qui agnito per ipsum legato proprietatis super quo prius habebat vsufrnctum per querelam inofficiosi testamẽti coactus est relinquere proprietatem vsusfructus remaneet, &

quod

quod faciat in oppositum voluit Bal. in præalleg. l. ad tex. verò in l. si tibi C. qui mo. vsusfru. amitt. resp. ex intentione Ang. in d. l. si maritus quod s. non mirum si ibi vsusfructus non reuiuiscit quia a princ. legatarius proprietatem habebat con solidatus est vsusfrnctus merito semel interẽptus nunquam reuiuiscit sed in questione de qua agitur proximior agnatus retrahens alienata nihil iuris habet in re verum hæc resp. Ang. videtur procedere quando vsusfructus fuisset interemptus irreuocabiliter, secus si reuocabiliter quemadmodum contingit in casu proposito, & non in pignore: quia extinguitur quando res pignorata efficitur creditoris, & tamen non procedit, quando nõ omnino efficitur creditoris sed reuocabiliter ita Aym. d. cons. 202. sub nu. 43. vers. idem probatur qui post Bar. & Socc. iun. cons. allegat ita residere videtur, & præsens ratio sufficit etiã ad responsum tex. in d. § dominus, vbi nõ mirum si vsusfructus non reuiuiscit, quia irreuocabiliter fuit consolidatus cũ nãq;
620 semel heres non possit in eternum † desinere esse heres l. ei qui soluendo ff de hered. nestit. non mirum si ibi adeundo he-

ditatem tenetur præstante legatum fundi factum per defunctum nullo reseruato vsu fructu licet illum priusq; esset heres haberet vnde per hanc rationem saluatur quod dicitur in. d. l. dominus, & in d. §. dominus in quibus haber videtur totum contrarium.

621 Secundo infertur † quod ex consuetudine potest alicui competere vt victualia non vendantur alibi quam in certis locis ita Rol. cons. 5. pulchra profecto nu. 70.
622 lib. 1. sicut etiam consuetudine cogi † quis potest ad vendendũ Bar. l. ũenditor §. si constat ff. communia præd. & quidem vi-
623 liori precio † non tamen in Principis fauorem faciendo aliquid extra iuris ordinem Natt. cons. 435. iam dudum Illustrissimi
624 nu. 29. lib. 2. & quando nolit † potest agi contra eum condictione ex consuetudine, & sic personali actione Modern. Ræpet. in d l. de quibus nu. 113. & ibi quod etiam
625 ex consuetudine agi potest † actione reali off. iudicis, & per modum exceptionis.

626 Tertio infertur † quod stante consuetudine vendito equo debetur sella licet etiã non stante consuetudine si ita fuit ostensus & ferebat eam per duos dies antequam vende-

venderetur, item etiam ornamenta cum quibus eum monſtrauit deferre, & tradere tenetur Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 206.

Centeſimo trigeſimooctauo, in verbo-
627 rum ſignificatione † Bar. l. vxorem §. legauerat nu. 4. de leg. 3. Bal. l. ſi ſeruus plurium §. ſi numerus nu. 3. ff. de leg. 1. vbi ſubdit eſſe recurrendo ad conſuetudinem,
628 generalem † quam propriæ ſignificationi vocabuli præferri dicit tex. in l. labeo ff. de ſuppell. leg. felin. c. cum M. Ferrarenſis ſub nu. 5. uerſ. & adde Innocentium de conſtit. Dec. c. dilecti il primo nu. 26. vbi vltra Inn. innitetur Auctoritate Abb. de App. Abb. conſ. 47. illud de iure queritur nu. 4. lib. 2. Bal. §. vnum nu. 3. Inſtit. de hered. inſtit. Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 248.

629 Primo infertur † ad conſuetudinem, vt locans fundum reſeruata ſibi tertia parte fructuum non debeat deducere ſumptus factos per laboratorem de conſuetudine: quia operas videtur pro illa parte fructuũ ponere Franc. Marc deciſ. 888. nu. 5. licet de iure ſecus ſit, quia fructus dicuntur deductis ſumptibus vt per eum.

630 Secundo infertur † ad consuetudinem, vt non liceat dicere coniugato tu es bonus homo, quia agi potest actione iniuriarum cum notetur quod vxor eius sit adultera Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 125.

631 Tertio infertur † ad consuetudinem, vt heredes simpliciter filios appellemus Alciat resp. 43. qoamuis nu. 10. lib. 9.

632 Quarto infertur † ad id quod dicitur in c. Ioseph. de verb. sign. vbi dicit diuus Hieronimus quod licet dicatur quod Ioseph. non cognouit Matiam donec peperit filium suum primogenitum non est suspicandũ vt quidam peruersissime, (inquit) fecerunt quod Diua Maria alios filios habuerit, cum mos diuinarum scripturarum sit vt primogenitum non vocent quem fratres sequuntur sed eum qui primo natus est cum quo dicto transeunt Canoniste.

633 Centesimo vigesimonono, in canoniste.

633 tis † faciendis Bal. Rubr. de consuet. nu. 32.

634 Primo infertur † ad consuetudinem tempore ff. vt tota familia defuncti oret induta vestibus lugubribus glos. in l. si ex re §. fin. in glos. vltima ff. de stipul. seru. vbi quod etiam per nonem dies lugere debebant

bant defunctum cum herede, cui addo quod ita erat consuetudo spiritualis Etnicorum, ideoq; nouemdialium sacrorum dicebatur consuetudo, vt patet ex historicis ita referente offic. Texto. vbi supra, &

635 & istis quidem nouem diebus † erant immunes heredes vt dicto tempore in ius vocari non possent Auth. sed neq; C. de sepulchr. viol.

636 Secundo infertur † quod consuetudo, facere potest vt vestimenta vidualia non debeantur vxori mortuo marito, licet alias secus sit s. quod debeantur per heredes,

637 & hanc consuetudinem probandam † esse per heredes testatur Ant. Capic. decis. 26. In causa Vincentij Pappalardæ per tot. Modern. Clausul. in cap. an iuri aliment. renunc poss. nu. 152. cum seq.

Centesimo quadragesimo, in vigilijs

638 † seruandis vel non.

639 Primo infertur † ad consuetudinem vigentem in Francia. s. vt Vigilia omnium Sanctorum non seruetur propter festum Sancti Quintini illa die occurrẽtis sed fuit transmutata ad tertiam diem præcedentẽ secundum Præpos. in c. deniq; sub nu. 23. vers. ita dicunt 4. distinct.

640 Secundo infertur † quod Vigilia Pente costes necessario est ieiunandũ ratione generalis consuetudinis idem Prepos· c. scire debet § necessario. 76. distinct.

Centesimo quadragesimo primo, in vi
641 sitationibus † vnde quando Episcopus nõ valet visitare, potest commictere illi pro vt se habet consuetudo, idem Præpos. c. Episcopum nu. 6. 10. q. 1.

Centesimo quadragesimo secundo, in
642 vsuris †

643 Primo infertur † ad cõsuetudinem creditoris vsuras recipientis quæ attenditur in usuris probandis secundum Afflict. decis. 91. iterum in causa nu. 8.

644 Secundo infertur.† quod ex consuetudine fœnerandi quis præsumitur usurarius Roman cons. 167. Antonius nu. 8. licet Bal. in l. Rogasti §. si tibi nu. 10. ff. si cert. pet. distinguat quod aut sumus in contractibus pęnarum appositis dutioni quantitatis, & tunc præsumitur, aut non adest nisi principale, & tunc secus.

Centesimo quadragesimo tertio, & ultimo consuetudo, attenditur in quacũq;
645 † dispositione Io: Ceph. cons. 451. multæ excitantur nu. 254. lib. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Stricti iuris dicitur consuetuda, & tantum habere de potentia & effectu quantum de vsu vt proprios facti terminos non excedere, & vbi ea non disponit nec nos disponere debere.

2 Extensio consuetudinis difficilior est quam pacti.

3 Consuetudo eatenus procedit quatb. continet.

4 Consuetudo tenenda est in suis terminis.

5 Consuetudo intelligenda est secundum dispositionem iuris communis.

6 Frumentum asportari prohibens consuetudo intelligitur secundum ius vt non trahatur ad ea quæ quis portat suis vsibus pro vt de aliis similibus.

7 Instrumentum notarij absq; signo admicti potest a consuetudine nisi penes testitum reperiretur instrumentum, & non constat. quod fuit rogatus notarius.

8 Represaliæ si concedantur Perusinis contra florentinos non trahitus contra Florentinos Perusii habitantes, & habitare consuetos.

9 Bona priorum decendentium si per consuetu

dinem debeantur Abbati, non habebit locum in bonis translati.

te Clericatum si non habuit originem de facto Clerici, & tunc iudicabitur secundũ ius Canonicum etiam ih foro seculari, si autem a facto Clerici habuit originem, si Clericus conuenitur in foro Ecclesiastico seruabitur canon, si in foro seculari, seruabitur fori seculari consuetudo, ita distinguendo magestraliter determinat Ant.d.c. Ecclesiæ S. Mariæ nu 20. de constit.

143 Limitatur sexto † in consuetudine correctio iuris communis quæ si disponat super vno ei equiperato extenditur ad alterum Paris. d. cons. nu. 51. lib. 2.

144 Limitatur septimo † in consuetudine quæ extenditur ad casum qui sublata significatione vocabuli comprenditur, etiam quod sit contra ius aut exorbitans a iure Aym. d. 4. par. in princ.nu. 81. vbi ponit exemplum in consuetudine, quod masculus † excludat fęminam & quidem filiã
145 certe extenditur ad neptem ex filia quoniã filij appellatione, nepos comprehenditur cõtra Rocch. quem comprehendit idem tenuit Vini: commun opi: lib.1. opi: 315. statutum uers comprobatur.

146 Limitatur octauo † in consuetudine, etiam correctoria quæ disponit super vno

quod

quod extenditur ad alterum puta gradus affinitatis menſuratur ad inſtar graduum conſanguinitatis, ſi corrigatur gradus in conſanguinitate, cenſetur correctus in affinitate etiam Aym. vbi ſupra 4. par. in princ. nu. 145.

146 Limitatur nono † in acceſſorijs ad quæ conſuetudo extenditur Aym. præcitatus nu. 67. Iaſ. conſ. 185. in cauſa, & lite vertente nu. 12. lib. 2. vnde infertur ad con-

148 ſuetudinem tribuentem † iuriſditionem, in cauſa appellationis, quod extenditur ad cauſam recuſationis ſecundum Imol. c. licet nu. 6. de for. compet.

149 Limitatur decimo † in conſuetudine, quæ propter cauſam honeſtatis ſeruandæ de caſu proprio ad improprium extẽditur Aym. d. ſect. videamus nu. 39.

150 Limitatur vndecimo † in conſuetudine pęnali quæ ſi loquatur in vno extenditur ad alterum quando duo ſunt equiperata per legem antiquam Pariſ. d. conſ. 13.

151 Limitartur duodecimo † vt conſuetudo ſi ſi extendat quando duo inuicem ſe gradatim habent, vnde ſi ſit conſuetudo quod ordines ſubdiaconatus & Diaconatus habeant inuicem ordinationem vt certum tẽ

pus

pus habeant inuicem singuli si tempus mu tetur in vno mutatum intelligitur in alio Aym. vbi supra np. 38.

152 Limitatur decimotertio † si sit consuetu do, qua acquiratur ius vniuersale, quod extenditur ad omnes alios actus similes de eadem specie Aym. d. 4. par princ. nu. 60.

153 Limitatur decimoquarto † in consuetu dine quæ extenditur si loquatur circa vnũ actum, etiam contra ius ad alium actum & quodammodo per similitndinem videtur includi sub priori, seu includatur tanquã pars sub toto Abb. c. dilecti nu. 5. de Ar-
154 bitr. vnde infertur † ad consuetudinem vt homines incarcerentur pro debito quia li gat etiam debitores fiscales, ideoq; pote- runt per exactores incarcerari Luc. de pẽn. in repet. d. l. missi nu. 6. C. de exact. trib. lib. 10. Infertur etiam ad consuetudinem,
155 excludentem † dotatam quod intelligatur de ea cui fuit dos in testamẽto relicta Bal. in Rubr. de consuet. nu. 4. cum concord. per Ant. Gabr. concl. lib. 1. de præsumpt. con cl. 12. nu 7.

155 Limitatur decimoquinto † in consuetu dine Bulgari quæ loquitur in marito quod habeat locum etiam in vxore Bal. Auth.

hoc

hoc locum C. ſi ſecun. nupſ. mul. Iaſ. inter conſ. Siluan. conſ. 31. noua. aſſertur nu. 9. & ibi quod licet conſuetudo, ſit ſtricti iuris tamen hoc caſu extenditur ex identitate rationis.

157 Limitatur decimoſexto † in conſuetudine collectādi forēſes in aliqua ſpecie quod habebit locom in alijs caſibus occurrentibus extra dictam ſpeciem Siluan. conſ.60. conſiderato tenore nu. 45. Non nihil etiā
158 facit † quia conſuetudo percipiendi decimas in aliqua parte agri culti iuuat quando alia pars redigeretur ad culturam in ea etiam parte Pariſ. cōnſ.25. vide conſilium nu. 36. lib. 4.

Dubium tamen videtur circa prefatam
159 limitationem † quia qui exigit vectigal, ſiue colrectas pro aliquibus rebus & non pro alijs, non poterit exigere pro iſtis alijs Corn. conſ. 268. in hac conſultatione nu. 19. verſ. & ſi probatur quod exegit lib. 4. Natt. conſ. 520. perſtringendo pauca nu. 25. lib. 3. Card. Pariſ. in d. conſ. 25. num. 25. & ſeq. 85. & ſeqq. & 102. lib. 1. d. conſilium Corn. quoad perſonas ſequitur Aym. d. conſ. 111. nu. 15. Reſp. tamen quod conſuetudo in primo caſu eſt generalis

ralis quia comprehendit rem cum contingerit venire ad certum terminum, in 2. autem disponit specialiter a princ. quando potuit inspici quo casu loquatur.

160 Limitatur decimoseptimo † vt consuetudo, etiam contra ius extendatur ex identitate rationis sicut lex scripta quando lato sumpto voc. comprehēditur sub expresso Gozz. cons. 90. in causa Mantuana nu. 11.

161 simpliter autem non posse † extendi consuetudinem correctam etiam ex identitate rationis dixit Tob. d. cons. 48. num. 22. licet bene extendatur si non sit correctoria prepos. c. consuetudo, in princ. 12. distinct. vbi quod ex identitate rationis, imo

162 & multo magis † extendenda est propter maioritatem rationis Anguissol. cons. 9. viso & vt decet examinato nu. 7.

163 Limitatur decimooctauo † in consuetudine de alienando vt trahatur ad alienationem factam etiam in vltima voluntate Gozz. d. cons. 90. sub num. 21. vers. ad quartum dico.

164 Limitatur decimonono † in cōsuet. Romana quæ debet extendi ad alias Prouincias Dec. c auaritie nu. 14. de prebend. Card. Paris. d. cons. 25. nu. 43. lib. 4.

Subli-

165 Sublimitatur † ſi diſponat ſuper illis quæ ſunt ſibi reſeruata, quia non ſeruabitur ab alijs Eccleſijs, exemplum quia ordi-
166 net † ad ſacros ordines qualibet die Dominica, quia hoc eſt priuilegium, & non trahitur ad alias Eccleſias Gemin.c. nolite nu. 4. 11. diſtinct.
167 Intellige † prædictam limitationem in Iudicijs, ſacramentis, ieiunijs, ſolemnibus quia omnes ſeruare tenentur conſuetudinem Romanam in his Rocch. d. c. fin. nu. 543. præterquam ſi in Sacramentis aliud
168 † mandet Papa, aut ex certa cauſa ſuſtineat, quo verò ad officia celebranda & dignitates in primis ſeruatur conſuetudo, Eccleſiæ ſpecialis qua deficiente, ſeruabitur cõſuetudo Metropolitana, & in defectum illius conſuetudo, vicinarum Eccleſiarum quæ ſi ſint diuerſæ ſeruabitur non præiudicialis, vltimo ad conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ recurrendo eſt Henr. Boich. c. cũ olim in princ. de conſuet. & c. 2. nu. 3. de ferijs vbi etiam Holt. nu 10. & ibi memi-
169 nit de quodam Clerico † Babboto qui cõſueuerat tarde ſurgere, & cum quæreretur ab eo ſi diceret officium, & horas Canonicas, reſpondebat quod tamen conten

tus

tus erat officio Trinitatis, vnde quando surgebat dicebat septies in nomine Patris & c. septies Deus in adiutorium & c. & per totidem vices gloria patri & c. & hæc erant septem hore Canonicæ quas dicebat. Quod tamen supradictum est de Sacramentis sibintellige quoad formam Sacramentorum, secus in alijs quæ non sunt de forma, quia Ecclesia specialis aliquid vl
170 tra formam adderet sicut Ecclesia † Mediolanensis quæ prius dicitur lauare pedes Baptizandorum secundum Præpos. c. super eo nu. 5. de Cognat. spirit.

Seruabitur etiam consuetudo, Ciuitatis Romanæ in Prouincijs ubi defecit ius
171 † Scriptum Io: Mar. Rimin. d. cons. 9. col. 1. lib. 1. & ibi nu. 2. magni facit in nego-
172 cijs dubijs consuetudinem locorum † vicinorum si tamen non sit contra ius alias nõ attenditur idem Rimin. cons. 181. in presenti defficultate nu. 27. lib. 1.

173 Sed dicas latius † quod in primis attenditur consuetudo specialis, 2. Diocesis, 3. Prouinciæ, 4. Regni, vel vicinarum Prouinciarum 5. & vltimo, Romæ, Io: Andr. & Io: de Anan. in Rubr. de Censibus Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 156. Rocch.

d. c.

d. c. fin. nu. 540. Burſat. conſ. 161. dum Magnificus nu 62. lib. 2. & ibi num. 63. ſubdit intelligendo quando ius non reſiſtit alias ſecus Sed tamen circa conſuetu-
174 dinem ſeruandã per Indices † dic quod Index Eccleſiaſticus deficiente iure Canonico iudicabit ſecundum ius ciuile non auté ſecundum conſuetudinem, nec particularem, nec generalem, niſi eſſet mixta laicorum, & Clericorum Rocch. d. c. fin. nu. 320. & quod dictum eſt ſupra de Vrbe Roma licet inſpecta. l. de quibus hoc verum eſſet tamen quia Imperium eſt hodie apud Germanos Zaſ. in d. l. de quibus in princ. non tenet in diſtincte, ſed ita demum ſi ſimus in materia Eccleſiaſtica Quo verò ad ſecularia in Iudicali attendi conſuetudiné Cameræ Imperij, in extraiudiciali autem pariter non videt quod ſeruãda ſit conſue-
175 tudo Vrbis, & ibi degentes † appellat Curtiſanos & Nebulones quibus dicit refertã Vrbem ſed puto Zaſ. deceptum eſſe quia eandem auctoritatem imo maiorem habet Papa quam Imperator & ſicut ſtatuit, ita & conſuetudinem inducere poteſt, & tolrare cum non differant lex & conſuetudo
176 niſi tanquam tacitum, & † minor eſt quod

Zaſ.

Zas. qui fuit tantus homo tam audacter loquutus fuit, & censeo potius quod ipse voluisset esse vnus de istis nebulonibus sed quod non potuit ex quo non deficiunt ex vniuerso orbe uiri sapientissimi qui ad Vrbem confluant, & quod non est Patria
177 † cuiq; ingrata nisi nebulonibus de quibus non curat Curia.

178 Limitatur Vigesimo † vt consuetudo generalis Prouinciæ debeat obseruari in locis particularibus in quibus etiam non sit consuetudo Ruyn. cons. 29. plura proponuntur nu. 9. lib. 5. & ista non dicitur specialis, sed generalis vt supra, sicut & il-
179 la viget † per Vniuersnm orbem quia dicitur ius commnne non scriptum, & non speciale alicuius loci Ias. in l. post dotem nu. 102. ff. sol. matr. quæ ideo seruanda est si super rebus Ecclesiasticis disponat, quia
180 licet non sint † in canone Scriptæ, tamen a Christo & Apostolis traditæ 2. propter reuerentiam auctoritatis Ecclesiæ quæ eas vniuersaliter obseruat Turr. Crem. c. Ecclesiasticarum nu. 8. 11. distinct.

181 Limitatur Vigesimoprimo † in consuetudine præferente primogenitum in successione vt habeat locum in primogenito clerico

clerico Carol. Ruyn. conſ. 195. exthemate nu. nu. 3. lib. 2.

182 Limitatur Vigeſimoſecundo † in conſuetudine loquente de Ciue vt extendatur etiam ad Cium ex priuilegio Alex. conſ. 148. viſis quæ in themate continentur nu.

183 6. lib. 6. & ibi Subdit † procedere etiam ſi loqueretur in Ciue origine.

184 Limitatur vigeſimotertio † in conſuetudine a ratione ad ſimilia quando extenditur Iaſ. in l. non dubium nu. 30. C. de legibus, Rip resp. 5. agitur Ioannina de Rugnonibus nu. 18. de In: Gent. licet.n. conſuetudo, ſit ſtricti iuris vt ſupra latiſſime

185 dictum eſt, tamẽ proceditur † deſimilibus 1. lect. nu. 5. & 33. & in 2. lect. nu. 6. & in l. 1. nu. 6 C. quæ ſit Lon. conſuet. ſit nanq; extenſio de vno caſu ad alium † quã do vnica tantum ratio reddi poteſt ſecundum Decian. conſ. 51. Reuocatur in dubium nu 123. lib. 2.

187 Limitatur vigeſimoquarto † in conſuetudine Ciuitatis quæ habeat quod quilibet conductor in feſto Natiuitatis Domini teneatur dare vnum par Caponum quia comprehendit etiam conductorem qui conduxit prædium pro præſtatione fru-

menti Bar. in l. domini Prediorũ in princ. C. de Agric. & censit. lib. 10.

188 Limitatur vigesimoquinto † in consuetudine, quæ extenditur de casu expresse ad tacitum Bal. l. 1. in princ. C. quæ sit lon. consuet.

189 Limitatur vigesimosexto † vt consuetudo recipiat extẽsionem ad casum nouum, & superuenientem in ratione sui Bal. l. non possunt 2. lect. nu. 3. ff. de legibus.

190 Limitatur vigesimoseptimo † vt consuetudo, det robur probatorium etiam extra Territorium in quo viget edem Bal. l. exẽplo nu. 5. C. de probat. vbi reprehendit Nicol. de Mattarell.

191 Limitatur vigesimooctauo † quod vnus casus comprehenditur sub alio secundum communem vsum loquendi, quia tunc consuetudo, extenditur ad alium casum Aym. d. 4. par. in princ. num. 8. de Antiq. temp.

192 Limitatur vigesimono † nisi ex tet maior ratio in casu ad quem trahitur, quam in casu consuetudinis exemplum in cõsue-

193 tudine † quod bannitus possit impune interfeci quod ex maioritate rationis poterit vnlnerari, similiter in consuetudine,

quæ

194 quæ excludit filiam a successione † quod pariter excludet eius liberos Io. fabr. d §. ex non scripto num. 15. Repet. in d. l. de quibus nu. 104. & in consuetudine, ne-
195 gatiua prolata inter certas personas † quod trahatur ad alias in quibus sit maior ratio vt in consuetudine vetante filijs masculis extantibus filiam dotatam succedere patri, licet. n. de nepote nihil disponat, nihilhominus neptis dotata succedere auo & ipsa prohibetur ita post Cyn. Iacob. de Aret. Nicol. de Mattarell. & Bal. voluit Curt. Sen. cons. 34. tenor consuetudinis nu. 10.

196 Limitatur Trigesimo † nisi simus in casu præsumpto quia cõsuetudo etiam exorbitans trahitur ad illum Aym. de Antiq. temp. 4. par. sect. videamus num. 43. vbi infert ad consuetudinem quod vxore decedente in matiimonio maritus lucretur
197 dotem quod talis consuetudo † extenditur ad dotem præsumptam, & sic quod habet locum in dote soluta habeat locum in præsumpta non dum soluta circa tale lucrum.

SVMMARIVM.

1 *Stilus est consuetudo, quæ respicit ordinatio nem loquendi, scribendi, & procedendo.*
2 *Iuramentum reo de stilo deferri solet tam in inquisitione quam in accusatione.*
3 *Stilus Iudicum in criminali procedentium contra reum est quod faciant sibi dari licentiam a reo procedendi vsque ad sententiam singulis diebus & horis eo non citato.*
4 *Stilus dicitur etiam in dictando,*
5 *Stilus ponitur pro consuetudine, vel in scriptis redacta vel redigẽda alicuius Curiæ.*
6 *Stilus pro structura orationis ponitur.*
7 *Stilus dicitur in verbis oratio autem in sensu.*
8 *Stilus dicitur ab instrumento æneo stilo nũcupatus quo in albo i. ceratis tabulis antiquitus scribebatur at nunc in codicillis.*
9 *Stilus dicitur particularis personæ aut officij.*
10 *Stilus est coosuetudo, quæ respicit consuetudinem Iudicis vel tribunalis consuetudo autem Populi.*
11 *Stilus dicitur etiam Principis aliquid concedentis.*

Aret.

12 *Aret declaratio.*

13 *Stilus est ius non scriptum ab unius Iudicis voluntate sæpius stillatum.*

14 *Stilus secundum alios est ius non scriptum usibus introductum ab uno Iudice.*

15 *Stilus secundum alios dicitur forma recte scribendi, a consuetudine Romanæ Ecclesiæ approbata.*

16 *Error* Bal.

17 *Stilus usurpatus pro usu particularis personæ.*

18 *Stilus dicitur a stilo ferreo quo scribitur in cera seu tabulis cuius firmitatem imitatur.*

19 *Stilus valet per viam declarationis non autem contra ius.*

20 *Libellus si lege cauente debet dari in scriptis nisi in causis breuioribus, & non reperitur expresse determinatum quæ sint istæ causæ bruiores nisi secundum quod Index determinauerit, pone quod in Curia Potestatis ipse hunc stilum sequutus est quod in causis 20 solidorum non detur libellus in scriptis stilus hic in posterum seruandus est.*

21 *Ferijs messium & vindemiarum attenditur stilus.*

22 *Consuetudo tollit legem debitis requisitis interuenientibus.*

23 *Stilus (quando in contrarium ius reperitur) non potest allegari ad decisionem causarum.*

24 *Eror Rocch. sed melius nu. 25.*

26 *Stilus non potest esse contra ius gentium, & sic non potest tollere citationem.*

27 *Stilus attenditur in ambiguo.*

28 *Stilus & cousuetudo videntur differre sicut genus & species.*

29 *Stilus dicitur in duci ex actu extraordinario & vnico.*

30 *Stilus respicit ordinem, & seriositatem.*

31 *Stilus & consuetueo, inuicem se habent tanquam excedentia & excessa.*

32 *Stilus inducitur ex actibus iudiciarijs consuetudo, autem ex iudiciarijs & extraiudiciarijs.*

33 *Stilum qui iudex inducere possit.*

34 *Stitus dicitur a stilando quasi sit vsus stillatos a Curia,*

35 *Stilum Curiæ Episcopalis Potestas sequi nõ tenetur nisi sit generalis omnium Curiarum nu. 36.*

37 *Remissoriæ literæ ad testes extra Curiam examinandos quando dantur stilus est vt fiant,*

fiant, & constituatur noni procuratores ad tale negocium expediendum.

38 *Stilus debet esse præscriptus, Contrarium nu 39.*

40 *Error Rocch.*

41 *Stilus Curiæ seruandus est.*

42 *Vniuersitatum causæ non determinantur de stilo nisi in publico consistorio Cardinalium.*

43 *Vrbani Papæ V. responsum emanatum Baldo Ambasiatori Perusiæ.*

44 *Caroli Imperatoris responsum simile Papæ Vrbani.*

45 *Vrbanitas Papæ Vrbani facta fratribus Minoribus.*

46 *Literæ scriptæ contra stilum sunt suspectæ de falso & nullæ nu. 47.*

48 *Stilus quoties infringitur non valet quod agitur.*

49 *Literæ Ducis Venetorum si non sunt plumbate sunt de falso suspectæ quia de stilo vtitur plumbo vt Papa.*

50 *Literæ Imperatoris quomodo signentur.*

51 *L. Sacri affatus. C. de diuers. rescript. de consuetudine, non seruatur.*

52 *Stilus si non seruetur in instrumentis instrumenta præsumuntur falsa.*

53 *Instrumentis clausulæ consuetæ apponi debent.*
54 *Stilus dicitur etiam Notariornm.*
55 *Clausula non consueta & excessiua inducit præsumptionem fraudis.*
56 *Stilus si est difformis, quid seruandum.*
57 *Romanæ Curiæ stilus est volubilis.*
58 *Stilus ponitur etiam pro ordine.*
59 *Stilus per consuetudine, qoando doq; absolute ponitur.*
60 *Stilus & consuetudo ambo dicuntur facti vnde probande sunt nu. 61.*
62 *Stilus quomodo probetur.*
63 *Stilus habet potestatem interpretandi in Curia ante statutum Ecclesiasticum & ius Canonicum.*
94 *Gradus si a statuto nominetur debet conputari secundum ius Ciuile.*
65 *Ritus dicitur quidam modus actui ordinando solemnitatem præstans.*
66 *Ritus est consuetudo, in administrando sacrificijs, item pro diuerso actu & quidem illicito ponitur nu. 67.*
68 *Ritus datur etiam in bestijs.*
69 *Vsus dicitur consuetudinis causa & sic sonat in factum, consuetudo autem in ius & sic tanquam causatum.*

Vsus

70 *Vſus dicuntur ipſi actus informes conſuetudinis ſicut dicitur de corio quoad Calceum nu 71.*

72 *Vſus & conſuetudo, quandoq; pro vno vſurpantur.*

73 *Mores minus communes ſunt quam conſuetudo.*

74 *Mores accipientur pro bonis & malis. Error Turr. Crem. ibi.*

75 *Mores accipiuntur pro habitu ex frequentia ſimilium actuum genito.*

76 *Philoſophia moralis quare dicatur.*

77 *Mores boni etiam reperiuntur.*

78 *Mores boni diuitijs præferuntur.*

79 *Mores in tribus aut quattuor conſuetudo, autem in duabus vicibus verificatur, & ſonant in factum.*

80 *Aſſuetudo dicitur quaſi aſſiduus actus ex quo inducitur conſuetudo,*

81 *Conſuetudo dicitur quaſi communis aſſuetudo.*

82 *Aſſuetudo, vnius hominis conſuetudo.*

83 *Deſuetudo dicitur quaſi nulla conſuetudo.*

84 *Deſuetudo reſpicit non factum.*

85 *Deſuetudo aliquando vſurpatur pro contraria conſuetudine.*

86 *Deſuetudo eodem tempore inductur quo con-*

consuetudo.

87 *Præscriptio in pluribus differt a consuetudine remissiue.*

88 *Statuto, & consuetudine, valet argumentum negatiue.*

89 *Statutum & consuetudo paris potentiæ.*

90 *Statutum & consuetudinem ius venit iuris appellatione.*

91 *Statuto fortius operari consuetudinem.*

92 *Statuto fortior consuetudo.*

93 *Statutum licet habeat clausulam derogatoriam ad futura, tamen consuetudo, contraria habens clausulam derogatoriã preualet.*

94 *Statuto quando contraria est consuetudo, & reuertitur ad ius commune, præualet statuto etiam habenti clausulam derogatiuam.*

95 *Clerici non possunt statuere cõn canones, & tamen possunt consuetudinem contra inducere.*

96 *Error Decij.*

QVE-

QVESTIO DECIMA. TERTIA.

RESTAT videre in quo differant stilus ritus, vsus mores, assuetudo desuetudo perscriptio statutum & solitum a consuetudine.

1 Circa primum dicas quod stilus † est cousuetudo, quæ respicit ordinationem, loquendi, scribendi; & procedendi; consuetudo, autẽ respicit decisionem Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 224. Iacob. de S. Georg. in: d. l. de quibus nu. 23. Bar. in d. l. de quibus in repet. nu. 10 qui in singulis exemplificat, idem quoad scribendũ voluit post Ant. Bal. & Alberic. Decis. cons. 11. & pro tenui facultate num. 11. Natt. cons. 575. subtiliter & acute nu. 32. lib. 3. & habetur Isaiæ cap. 8. a 1. ibi sume tibi librum grandem & scribe in eo stilo hominis; & quod respiciat Scripturam voluit Io. Andr. in d c. fin. de consuet. Socc. Sen. in Rubr. de consuet. nu. 3. adfi: exemplũ
2 in deferendo iuramentum † principali reo tam in inquisitione, quam in accusatione deueritate dicẽda quia cum vltra commu-

nem

nem opi: magisq; receptam necessarium sit iuramentum publicum talis adest consuetudo, quæ magis dicitur stilus quod colligitur ex libris exscripturis Clar. in pract. crim. modestiam nostram etiam stilus fuerit præssus dimissusq; & Cic. 1. de orat. appellat stilum etiam in dicendo dum dicit stilus optimus & præstantissimus dicendi effector, & magister, sed hoc quidem vt puto minus proprie licet hoc dicat
8 Cic. tantus vir quia stilus dicitur † ab instrumento æneo stilo nuncupato quo in albo. 1. ceratis tabulis antiquitus scribebatur, at nunc in Codicillis Plaut in Bacchid. 15. effer cito p. quid? c. stilum, ceram, tabellas, & linum, & idem Cic. 4. Verr. vertit stilũ in tabulis suis quo facto causam omnem
9 euertit suam, & in summa stilus † regulariter dicitur particularis personæ vel officij respiciens vt supra ordinem, consuetudo autem est generalis Dec. in Rubr. de consuet. nu. 14. Ant. d. c. fin nu. 45. eo: tit.
10 vbi quod consuetudo, † est Populi stilus autem vnius iudicis vel tribunalis, quandoq;
11 tamen dicitur † stilus Principis aliquid concedentis quod referendum est ad probabilem coniecturam vel communem alia-

rum

rum gratiarum obseruantiam, seu vsum ita post felin. Dec. Afflict. Barbac. Socc. lap. & Mandos. voluit Bursat cons. 177. profecto Dominus num. 13. & seq. lib. 2.
12 quibus non repugnat quod dixit † Aret. in d. §. ex non scripto sub nu. 6. uers. ex his patet, Salyc. in l. 2. num. 23. C. quæ sit lon. consuet. vbi quod si stilus esset redactus in scriptis diceretur statutum quia aliud est quid redigi in scriptis hoc.n. dicitur expressum & sic statutũ aliud est quod ex non scriptis colligatur quia illud dicitur tacitum non secus ac si dicatur legem facere ad propositum alicuius, casus expresse, aut in argumentum, propterea merito dicebant Petr. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit lon. consuet. quod stilus est ius non scri-
13 ptum † ab vnius iudicis voluntate sepius stillatum, quod approbat ad ditio ad Io: fabr. in præcitato §. in ver. stilo a quibus non dissentit Bal. in §. omne autem ius nu. 12. Instit. de iu. natur. idem videtur voluisse Ant. d. c. fin. nu. 46. de consuet. dum dif
14 finiendo stilum † dicit esse ius non scriptũ vsibus introductum ab vno Iudice Natt. cons. 575. subtiliter & acute nu. 31. lib. 3.
15 item stilus alibi † diffinitur quod sit for-

ma

ma recte scribendi a consuetudine Romanæ Ecclesiæ approbata Bal.in Rubr. de Rescript. felin. in c.2.nu. 18. eo. tit. Sed hæc
16 quidem diffinitio † conuenire non videtur quia reperitur stilus alterius Curię quã Romanæ secundum Paul. in l. 1. nu. 2. C. de sacros Eccles. & hoc verissimum est, & alia probatione non indiget, vsurpatur
17 † etiam stilus pre vsu particulari personæ licet non sit Iudex sicut dicitur de consuetudine ideoq; in Galeni vita dicitur librum quidem de venæ sectione aduersus Erasistrateis humiliori stilo a se scriptnm conqueritur & dicitur stilus
18 † a stilo ferreo quo vt supra scribitur in cera seu tabulis cuius firmitatem imitatur felin. d. c. 2.nu.18.de quo etiam 4. Reg. cap. 21 c. 13. & ducã crebrins stilum super faciem eius & Iob cap. 19.d. 24. quis mihi det vt exarentur in libro stilo ferreo & Ierem. cap. 17. in princ. peccatum Iudæ scriptum est stilo fer
19 reo inducitur autem stilus † vt valeat per viam declarationis non autem contra ius, exemplum ponit Bal.vbi supra & sequitur Alex. cons. 36. viso themate num. 9. cum
20 seqq. lib. 2. † lege inquiunt cautum est vt in causis iudicialibus producatur libellus

in

in ſcriptis niſi in cauſis breuioribus, & non reperitur expceſſe determinatum quæ ſint iſtæ cauſe breuiores niſi ſecundum quod Iudex arbitratus fuerit, pone quod in Curia Poteſtatis ipſe hunc ſtilum ſequutus eſt ſ. quod in cauſis, 20. ſolidorum non detur libellus in ſcriptis certe dicunt Bal. & Alex. citati quod hic ſtilus in poſterum ſeruandus eſt idem Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 150. pro vt etiam quia lex dicit ferias
21 meſſium † & vindemiarum ſeruandas eſſe, & non determinat tempus, certe ſtabitur ſtilo Ant. d. c. fin. ſub nu. 47. verſ. habet ſecundo vbi etiam alia ſimilia exempla ſubijcit quæ non ſunt contra legem ſed veniunt ad declarationem, ſecus eſt in conſuetudine quæ † tollit legem quando apparēt
22 debita requiſita per me tacita interueniſſe Dec. in Rubr. de conſuet. nu. 16. Rip. in c. ex parte nu. 37. de reſcript. & propterea ſtilus non poteſt allegari † ad deciſſionem cauſarum quando ius in contrarium reperitur Abb. c. ex cæteris nu. 6. de conſtit. Curt. ad Caſtr. in d. l. 1. gloſ. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Bero. conſ. 40. quod in ſummarijs nu. 6. lib. 1. quicquid in contrariū
24 † dixerit Rocch. de conſuet. in Rubr. nu. 25.

25. vbi ſupponit ſtilum dari contra ius cō-
mune dum dicit requiri quod ſit præſcri-
25 ptus contra ius, ſed melius † loquutus eſt
nu. 31. vbi dicit ſtilum non valere contra
ius ſed tantum ad declarādā mentem Iudi-
26 cis, & tanto minus quidem valeret † ſtilus
qui eſſet contra ius genitum vt ſi tolleret
citationem Rip. reſp. 2. quod iudicatum
nu. 5. de ſenten. & re iud. & quod non at
27 tendatur ſtilus niſi in ambiguo † & in arbi
trarijs non autem vbi ſtatutorum corre-
ctio reſultaret voluit Bero. conſ. 36. in hac
cauſa nu. 9. lib. 3. ut ſic videntur differre
28 conſuetudo † & ſtilus ſicut genus & ſpe-
cies vt dicunt Paul. & alij in d. l. 1. Salyc.
d. l. 2. ſub nu. 25. verſ. dicunt. n. vbi ſub-
29 dit quod ſtilus † dicitur induci ex actu ex-
traordinario & quidem vnico quando Iu-
dex ita ſemel declarauit Rocch. d. Rubr.
de conſuet. nu. 32. & ideo dicitur reſpice
30 re † ordinem, & ſerioritatem quod etiam
videtur ante cum ſentiſſe Bar. in d. l. 1. nu.
5. dum dicit ſtilum appellari circa ordinem
31 & habēt ſe tanquam † excedentia & ex ceſ-
ſa ſtilus & conſuetudo: quia hec ex actibus
iudiciarijs & extraiudiciarijs inducitur ſti-
32 lus autem tantum ex iudiciarijs † ſecun-
dum

dum Modern. Repet. d. l. de quibus nu. 26.

Secundum requisitum est vt valeat stilus quod Iudex qui illum inducit habeat
33 potestatem † & sit de maioribua potestatem stilum inducendi habentibus, vel nisi voluntate Populi stilus esset confirmatus. Salyc. vbi supra nu. 23. stilus autem dici-
34 tur † a stillando quasi vsus stillatus a Curia Bal. vbi supra nu. 12. extra quam Curiam solet extendi sicut nec consuetudo, vt dictum est regulariter non extenditur: Nam
35 dominus Potestas † non tenetur sequi stilum Curiæ Episcopalis Bal. in l. certum nu. 15. C. vnde legit. Iacob. de S. Georg.
36 in d. l. de quibus nu. 26. nisi sit † stilus generalis omnium Curiarum, veluti quando
37 dantur literæ † remissoriæ ad testes extra Curiam examinandos, stilus est vt fiant & constituantur noui procuratores ad tale negotium Expediendum Bero. cons. 24. Reuerendi Domini nu. 7. lib. 3.
38 Tertio requiritur vt stilus † sit præscriptus Bal. post Cyn. in l. si qui intra in princ.
39 C. de bon. dannat. Contrarium † s. quod non requiratur tempus decem annorum in stilo sicut in consuetudine, tenuerunt

Rocch. Rubr. de consuet. num. 25. & ibi Dec. nu. 14. licet frustratorie dicere videatur ibi nu. 15. quod non requiratur temporis cursus quando sumus in stilo inducto ab eo qui non habet potestatem legis con dę quia tunc dicit non requiri temporis
40 cursum, & non arctare, sed si † non arctat ad quid seruit quod requiratur vel non tẽporis cursus nisi quod frustra expectatur conditio cuius nihil operatur euentus. l. ali quãdo §. fin. vbi Bar. ff. ad Sen. cõs. Velleiu.
41 In tantum † autem stilum curiæ seruare debemus. l. obseruandum & ibi not. ff. de Iudic. Doct. c. cum olim de re iud. c. quamquam de crim fals. c. 2. de rescript. Bar. in l. Iurisperitos in princ. nu. 4. ff. de execut. tut. Bero. cons. 116. pendente appellatione nu. 8. lib. 3. vt cum sit de stilo † quod
42 causæ vniuersitatum nõ determinetur nisi in publico consistorio Cardinalium respon
43 dit Vrbanus † Papa V. Baldo cum esset Ambassiator Perusiæ ad factum quod sibi proposuerat quod causa erat consistorialis, & quod Summi Pontifices non consueuerant tales causas expedire nisi in publico Consistorio ita Balmet, & Paul. qui refert in l. Vniuersa in princ. de diuers. rescript. felin.

c. 2. sub. nu. 17. uers. & dicunt de rescript. & inibi etiam prefati Doct. referunt idẽ
44 dixisse Imperatorem † Carolum in Ciuitate Lucana cum venisset ad recipiendum coronam in partibus Italiæ: Nec vero dicẽdum est hoc summum Pontificem dixisse per Vrbanitatem vt fecit forte idem Vrba-
45 nus Papa promictens † fratribus minoribus quod ex tribus per eos nominãdis vnũ crearet Cardinalem, & tres nominassent non recto ordine sed in figura, spherica ne videlicet posset cognosci quis nam eorum esset dignior quod respondit Vrbanus, ordinem peruertistis patres, & ego ordinem peruertam, & neminem ex illis tribus creauit Cardinalem, sed Generalem ordinis vt post Aug. refert felin. in c. cum dilecta sub nu. 4. vers. per istam regulam de rescript. Euerar. in centuria, in loco ab ordine nu. 7. Item etiam tantæ potentię est stilus vt si
46 reperiantur literæ † scriptæ contra stilum curiæ sunt suspectæ de falso c. porrecta de confir. vtil. vel inutil. glos. communiter approbata per Doct. in c. causam quæ in ver. rationis de testibus Ant. & Abb. in c. quod super de fi: instr. idem Abb. c. ad hæc nu. 2. de sententia excõm. Roman. cons.

376. questio est nu. 12. & propterea cen-
47 sentur nullæ † tanquam contra stilū Imol.
c. ad nostram nu. 2. de Confir. vbil. vel
48 inutil. quoties.n. stilus † infringitur non
valet quod agitur Bal. d. l. de quibus nu.
49 59. ideoq; literæ Ducis Venetornm † si
non plumbatæ sunt suspectæ de falso quia
de stilo vtitur plumbo sicut Papa pro vt se-
pius vidi & testatur Bal. vbi supra nu. 58.
vers. ecce aliud exemplum felin. d.c.2.sub
nu. 17. vers. vnde dixit Bal.de rescript. Pe-
tr. de Rauenn. de consuet. nu. 130. Mo-
dern. Repet.d.l.de qbus nu. 66.& signarē
50 tur † literæ Imperatoris alijs quam literis
aureis quæ sunt subrogate in defectu atra-
menti Imperialis quod olim conficiebatur
muricie,& concchilio vt in. l.Sacri affatus
51 † C. diuers. rescript. quæ tamen vt supra
non est in obseruantia secundum Aug in
bene a Zenone col.1.vers. in textu ibi epi-
stalmate. C. de quadr. præscript. & quod
dictum est in literis procedit etiam in in-
52 strumentis † in quibus si non sit seruatus
stilus resultat quod præsumantur falssa
Aym. cons. 494. Municeps Caballarij nu.
12. lib. 3. Clausulæ nanq; consuetæ debēt
53 apponi † in instrumenti , & ad eas appo-
nendas

nendas notarius tenetur Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 247. & sic etiam notarij
54 † videntur inducere stilum & consuetudinem preter ius Rocch. d. c. fin. nu. 383.
55 alias clausula non consueta † & solemnitas excessiua inducit præsumptionem fraudis Imol. in l. si prius §. placuit nu. 5 ff. de A-
56 qua pluu. arc. si autem stilus sit. † difformis & varius quis nam sit attendendus arbitrium est iudicis Socc. Sen. in l. Gallus §. idem credendum nu. 17. ff. de lib. & posthu. ista autem difformitas facile contingit in Curia Romana, vnde non debemus dicere ita seruat Curia Romana nisi illa obseruantia sit firmata constitutione Apostolica quia vt inquit post Alberic. Ias. in l. 1. nu. 53. C. de summ trin. & fi: Cathol. sti-
57 lus Curiæ † Romanæ est volubilis, & mutabilis ad mutationem, Iudicum faciles sunt in mutando instituta Prædecessorum imo ipse expertus sum quod qui signauerit mihi quandam Commissionem cuius exemplum penes me retinueram, ea amissa, aliam copiari feci de verbo ad verbum, & 2 vice licet nihil fuisset in mutatum nõ potui obtinere ab eodem mihi signari de quo admodum stomachatus sum. Ponitur

58 etiam stilus † vltra modum de quo supra pro ordine l. si quando C. de bon. vacan. lib. 10. aliquando pro sententia l. si quis intra C. de bonis dannat. & quandoq; pro
59 consuetudine † absolute. c. quam graui de crim. fals. Dec. in Rubr. de consuet. nu. 13. conformitatem tamen in hoc habent
60 quia ambo † dicuntur facti, & sicut vt alias dictum est consuetudo probatione indiget, ita etiam stilus quem qui allegat pro-
61 bare † tenetur Bero. cons. 145. in causa Nobilis viri nu. 50 lib. 3. sed tamen non exigitur talis probatio vt in consuetudine,
62 quia † super stilo potest sumere informationes etiam in Camera nemine citato vt alias dictum est de consuetudine, concernente præparatoria iudicij & voluit Iacob. de S. Georg. d. l. de quibus num. 25. ipse
63 autem † stilus habet potestatem interpretandi in curia ante statutum Ecclesiasticũ, & ius Canonicum, secus in interpretatione iuris Ciuilis quia tunc ad ipsum ius ciuile pro illius interpretatione recurrimus non autem ad stilum Curiæ Abb. c. ex literis nu. 5. de Constit. idem Bal. quoad ius Ciuile in l. 2. nu. 7 C. de successo edi: vbi si statuto cauetur quod nullus eligat

officia-

64 † officialem sibi coniunctum vsq; ad, tertium gradum, vel quod non eligatur Rector Ciuitatis qui habeat ibi propinquum vel affinem vsq; ad certum gradum, vel si in contractu emphiteutico vel alio continetur quod non alienet in aliquem sibi cõiunctum vsq; ad, quartum gradum quod intelligitur gradus secundum computationem iuris Ciuilis quia cum statutum dicatur ius Ciuile in loco debet intelligi secundum cõputationem iuris Ciuilis quod habet interpretari verba iuris Ciuilis & ita hanc. q. per Iacob Buttrig. fuisse determinatam ibi testatur, de stilo etiam pro vt est particularis personæ ad sunt quam plura loca quæ in pono, apud. Petrarcam in diuersis illius Cantionibus.

)(*Del vario stil'in ch'io piango & ragiono,*
)(*Ch'io mora affatto è, n'è cio segue suo stile.*
)(*Ch'à, mio nome li pose in man'lo stile,*
)(*Ch'ingegno ò, stil non fia mai ch'chi descriua.*
)(*Naurian post'è lo stil coll'altro misto.*
)(*Nel'mio stil frale assai poco ribomba,*
)(*Piacciami almen' d'hauer'cambiato stile,*
)(*Et se contra suo stil'ella sostiene,*
)(*Perso lo stil' ch'hor' prender'mi bisogna,*

)(Tengan' dunq; ver'me l'vsato stile,
)(Però s'oltra suo stil'ella s'auuenta,
)(Vi è'l parlar' che nullo stil'agguaglia,
)(Parrà fors' ad alcun'ch'in lodar' quella,
)(Ch'ador'in terra, errante suil'mio stile,
((In numero più spesse in stil'più rare,
)(Nè dir' d'amor in stili alti & ornati,
)(E'sgombrar' d'ogni nebbia oscura, & vile,
)(Et alzaua l'mio stile,
)(Con' stil'canuto haurei fatto parlando,
)(Mai non potra volar' penna d'ingegno,
)(Non che stil graue, ò lingua oue natura,
)(Volo essend'il'imo dolce ritegno,
)(Ne col'mio stile il suo bel vis'incarno,
)(Ch'ogni stil'vince, & poi sospiri adunq;
)(Beati gl'occhi che la vider' viua,
)(E i soaui sospir' è'l dolce stile,
)(E'l mio duro martir' vinc'ogni stile,
)(Ou'è condott'l'mio amoroso stile,
)(Che condia di'dolcezza ogn'agro stile,
)(Ond'io vò col'pensier cagnando stile,
)(Non ha l'Regno d'Amor' si vario stile,
)(E doppiando il dolor' doppia lo stile,
)(Amor' alzando l'mio debile stile,
)(Hor'haues'io vn' si pietoso stile,
)(Mio graue danno in doloroso stile,
)(Ben'reconoscera l'mutato stile,

Muti

)(*Muti vna volta quel suo antico stile,*
)(*E n'aspro stile, è n'angosciose rime,*
)(*Che stil oltre l'iagegno non si stende,*
)(*Amor & à lo stil stanco & frale,*
)(*Al tuo nome e pinsieri e'ngegno, è stile,*
)(*Ch'allo stil onde morte dipartille,*
)(*Tra lo stil de Moderni l sermon prisco,*
)(*E tu memoria il mio stile accompagni,*
)(*Ma l stil vostro di alta eloquenza,*
)(*Ou'è l mio stil quas'al mar picciol fiume,*
)(*Et hauen' vn suo stil leggiadr' & raro,*
)(*Come fortuna và cangiando stile,*
)(*E semp' vn stile ouunq; fusse tenne,*
)(*Seguir suo volo non che lingua ò stile,*

Secundo differt ritus a consuetudine, 65 quia ritus † dicitur quidammodus actui ordinando solemnitatē præstans Abb c.cū secundum in princ. de temp. ordin. Rocch. in Rubr. de consuetud. nu. 37. Rip. c. ex parte nu. 37. de rescript. ideo dicitur ex od. 12. a 5. uixta quem ritum tolletis, & hedum, & ibi 17. c. custoditis diem istum in generationes ritu perpetuo, & 18. c. 20. ostendesq; Populo cerimonies, & ritum colendi, & 29. f. 41. alterum verò agnum offeres ad Vesperas iux. ritum Mattutinæ obla-

oblationes & leuitic. 8. q. 33. de hos
quoq; tabernaculi non exibitis septem d
bus usq; ad diem quo complebitur tēp
consecrationis uræ, septem enim dieb
finitur consecratio sicut in posentian
factum est ut ritus sacrificij compleretu
& 12. b. 5. sin autem fœminam pepere
minuenda erit duabus hebdomadibus
tra ritum fluxus menstrui, sed dices add
do ad propositum quod hic non prebet
lemnitatem sed usurpatur pro assuetudi
mulieris & 14. 2. hic est ritus leprosi qu
do mundandus est, & 23. f. 37. solocau
& libamentà iuxta ritum unius cuiusq; d
& 24. a 3. cultu rituq; perpetuo inger
rationibus nostris, & Num. 3. c. 26. Te
trium quoq; quod appenditur in intro
atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum
taris pertinet funes tabernaculi, & omn
ytensilia eius & 8. a 6. tolle leuitas ex m
dio filiorum Israel, & purificabis eos iux
hunc ritum, & 9. b. 12. omnem ritu
Phasem obseruabunt, & 15. 6. 12. ta
indigenæ quam peregrini eodem ritu o
ferent sacrificia & Reg. 3. 18. e 28. clam
bant ego voce magna, & incidebant se iu
ta ritum suum cultris, & linteolis don
per-

perfunderentur sanguine, & 1. Paralipom. 23. b. 13. separatusq; est Aaron vt ministraret in Sancto Sanctorum, & adoleret incertum Domino secundum Ritum suũ, & ibi. d. 32. custodiant obseruationes tabernaculi federis & ritum Sanctuarij, & 2. Paralipom. 28 a 3. lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium & 29. g. 34. Leuitæ quippe facilius ritu Santificantur quã Sacerdotes & 1. exod. 6. b. 9. quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos & hedos in Holocaustum Deo Cęli frumentum, sal, vinum & oleum secundum ritum Sacerdotum qui sunt in Hierusalem detur eis per singulos dies ne sit in aliquo querimonia, & Iudic. 14. b. 6. tunc Achior videns virtutem qua fecit Deus Israel relicto gentilitatis ritu credidit Deo, & circumcidit car-
66 nem præputij sui: Ritumq; † esse consuetudinem in administrandis sacrificijs voluit Bursat. cons. 152. quia enixis præcibus nu. 2. lib. 2. quamquam synonima appellet lato sumpto vocabulo Ant. in repet. d. c. fin. nu. 19. de consuet. ponitur etiam
67 alias pro actu † omnino a præmissis diuerso & sic etiam pro actu illicito, vnde Lucan. lib. 1. Barbarici ritus, Tacit. lib. 2. pro-

profani ritus, Ouid. Metamorph. 10. Magico ritu, Cic. 2. Philippic. latronum ritu, item ritus non solum ad homiues sed etiã
68 ad bestias † refertur unde lucret. lib.4.quadrupedum ritu.

Tertio differunt vsus & consuetudo,
69 quia vsus † dicitur causa consuetudinis, & & sic sonat in factum cõsuetudo, autem in ius, & sic tanquam causatum Petr. de Rauenn de consuet. nu. 130. Imol. c. cum consuetudinis in princ. de consuet. Salyc. in l. 2. nu. 3. C. quæ sit lon. consuet. Tob. cons. 11. visis & diligenter lectis, num.
70 12. & vsus dicuntnr † ipsi actus informes consuetudo, autem formis quæ ex vsibus
71 erumpit sicut corium † est informe quoad calceum calceus verò quoddam formatum Zas. d. l. de quibus col. 3. vers. quia ergo diximus licet pro vno vsurpari consuetudi
72 nem † & vsum voluerit Prepos. c. 1, num. 3. 11. distinct. Modern. Repet. d. l. de quibus nu. 25. & tunc ambo dicuntur facti Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 222. prout etiam mores de quibus in statim subijcio qui requirantur de necessitate in cõsuetudine inducendo Rocch. in Rubr. de consuet. num. 17. & similiter de vsu

Pe-

Petrarch. in quam pluribus locis.

)(*Già per antica vſanza odia, & diſprezza,*
)(*Dentro & di fuor ſenza l'vſata nebbia,*
)(*Ch'all'vſato ſogiorno,*
)(*Torni la fera bella e manſueta,*
)(*Drizzaſi in piede & coll'vſata verga,*
)(*E lor' dell' vſato' arm' ambeduo ſcoſſe?*
)(*Delle mie colpe, & dell'vſanza ria,*
)(*Ch' l'vſato tributo a gl'occhi chiede,*
)(*Et ella nell'vſata ſua figura,*
)(*Vſato diſuiarrun à mezza il corſo,*
)(*L'vſata vita a chi condotto m'hai,*
)(*Depoſt' hauea luſata leggiadria,*
)(*Vſa ſopr'il mio cor' afflitto tanto,*
)(*Vn' piacer per vſanza in me ſi forte,*
)(*Ou'anchor' per vſanza amor'mi mena,*
)(*Ben'riconoſco in voi l'vſate forme,*
)(*Secca è la vena dell'vſato ingegno,*
)(*Le tuoe bellezz' à ſuoi vſati ſoggiorni,*
)(*Speſſ' à me torna coll'vſato affetto,*
)(*Strale onde morte piacqu'oltra noſtr'vſo,*
)(*E' l'ſuono vſato alle mie roche Rime,*
)(*O vſato di mia vita ſoſtegno,*
)(*Tutt' il'viuer vſato ho meſſo in banda,*

Quarto differunt nos & conſuetudo,
quia

73 quia mores † minns communes ſunt quã conſuetudo: quia hæc ſe habet ad bona & ad mala mores autem tantũ ad bona Turr. Crem. in c. mos eſt nu. 3. 1. diſtinct. & ibi etiam diſtinguit quod conſuetudo, eſt vinculum trahens ex præcedentibus actibus ad aliquid ſed mores dicuntur actus ex quibus inducitur conſuetudo, Aduertendum tamen eſt quod in quantum Turr. Crem. ſupra conſtituit differentiam inter
74 conſuetudinem, & mores non recte † ſentit, quia frequentius apud bonos Auctores & quibus proprie loquendi vſus eſt, reperitur mores accipi etiam pro malis vnde Cic. pro Roſc. Amerin. feros mores immanem alicuius naturam oſtendere item Quintil. in prolem lib. 1. non enim virtute ac ſtudijs vt haberentur Philoſophi laborabant ſed vultum & triſtitiam, & diſſentientem a cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant vides ergo ſi reperiuntur mali poſtquam reperiuntur peſſimi, Aduertendo etiam eſt quod
75 hoc caſu † accipiuntur mores pro habitu ex frequẽtia ſimilium actuum genito quemadmodum dicimus de homine bene vel male morigerato Domin. Sot. de Iuſt. &

iu,

iu: lib. 1. q. 7. art. 2. post princ. vers. notato ergo, & ibi quod duobus alijs modis accipiuntur mores primo 5. pro singulari actu libero, actiones. n. Brutorum non nisi per Metaphoram mores dicuntur, & ab
76 hac acceptione dicitur Philosophia † Moralis idest humanorũ actuum altero vt idẽ sint quod consuetudo, & hoc modo nihil aliud sunt preter frequentiam longi tempus similium actuum in Republica aliqua. Reperiuntur etiam & appellantur mores
77 † boni vt dixit Turr. Crem. vbi supra & Horat. lib. 2. Epistoralum primo res Italas armis tuteris moribus ornes; & in diffinitione, Quintil. lib. 6. cap. 2. perlucent mores, & quodammodo mores agnoscũtur ex ratione dicẽtis & ad id q dictũ est supra de
78 bonis † moribus infert Alex. in l. si quis stipulatus §. fin. & ibi etiam Ang. ante eum ff. de Verb. oblig. vbi quod boni mores adeo sunt in consideratione, apud homines vt diuitijs præferantur; & ideo subijcit Ang. illos versus; Nobilitas morum plus confert quam genitorum Nobilitas animi sola est quæ moribus ornat.

Secunda est differentia quia consuetudo verificatur in duabus vicibus mores au-

tem

79 tem † in tribus aut quattuor Gemin. d. c. mos. est nu. 6.

Tertia differentia est quia mores sonãt in factum consuetudo, autem in ius & habent se sicut causa & causatum veluti vsus Paul. Castr. d l. de quibus nu. 5. de quibus Petrarch.

)(*Non sia in voi scoglio hom al che p costume,*
)(*Che mi fece cangiar vita & costume;*
)(*Sua dolce forza & suo santo costume,*
)(*Ogni bellezza ogni real costume,*
)(*I'è l'bel tacer & quei santi costumi,*
)(*Tornar' il mal costume oltre la spinge;*
)(*Cangiauan' gli costum' onde sospetto;*
)(*Qual'io l'dolce costume;*
)(*Dure genti e costumi;*

Quinto differunt assuetudo desuetudo,
80 & consuetudo, quia † assuetudo dicitur quasi actus assiduus ex quo cum alijs requi sitis inducitur consuetudo, Monosillaba enim con auget. & dicitur consuetudo,
81 quasi communis † assuetudo, Gemin. c. cõsuetudo nu. 4. 1. distinct. dicitur n. cõsue
82 tudo. † vnius hominis assuetudo Rol. cõs. 5. pulchra profectò nu. 75. lib. 1. Petrarca,

Lassai

)(*Laſſai q̃l'ch'io più bramo & hò ſi auuezza,*
)(*Simpli citta farſalla al'lume auuezza.*

83 Deſuotudo autem dicitur † quaſi nulla conſuetudo, quia monoſillaba de totaliter diminuit,& priuat,& dicuntur cõtraria deſuetudo, & cõſuetudoquia cõſuetudo,reſpicit factum & cõunem vſum deſuetudo, au-
84 tem contrarium. ſ. non factum , & non ſum & ſic nihil ponit Guid. Pap. deciſ. 631 in quadam cauſa nu. 11. cum ſeqq. Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 192. Roch. in Rubr. eo: tit. nu. 39. licet deſuetu-
85 do, quandoq; † vſurpatur pro contraria cõſuetudine Ant. c. accedentibus nu. 10. de priuileg. vbi quod conſuetudo eo tempo-
86 pore quo eſt inducta † eodem tempore deſuetudo, & non minori quidem.
87 Sexto differunt conſuetudo † & preſcriptio in pluribus quæ ponit ſeriatim Aym. de Antiq. temp. 4. q. in princ. vſq; ad nu. 41 :vbi ponit. 13.differentias,& per Hoſt. in ſumm. de conſuet. §. fin. quarum tamẽ non nullas reprobat Imol. d. c. fin. col. 6. & ſeq. & alias etiam ponit Alberic. in diſtin. in ver. conſuetudo, 12. Pariſ. d. conſ. 27. nu. 26. lib. 1. Bal. d. l. de quibus nu.

17. & felin. c. auditis num. 22. de præsumpt.

Septimo differunt consuetudo. & statutum non tantum in cortice verborum sed etiam substantia, nihilhominus non debt operari plus vnum quam alterum. & maxime consuetudo, quæ dicitur quid tacitum quam statutum quod dicitur quid expressum & valet inuicem argumentum
88 † negatiue quod in his quæ statuto fieri non possunt minus consuetudine, possit induci ita Aym. cons. 137. magister Ro-
89 bertus nu. 3. lib. 1. sed esse † paris potentiæ voluit Curt. iun. d.cons. 6. nu.4. Socc. iun. cons. 65. cum in presenti casu nu 29. lib. 1. vbi quod valet affirmatiue etiam argumentum, & hæc esse paris potentiæ voluit Dec. in l. fœminæ nu. 5.ff. de reg.iur:
90 & iuris † appellatione non tantum statutarium sed etiam consuetudinarium ius venire voluit Ias. in l. præscriptione nu. 14. vsq; ed nu. 20. C. si contra ius vel vtil. publ. vbi ad plures questiones infert, & communem hanc firmat item q; consuetudinẽ & statutum non differre nisi tanquam tacitum & expressum voluit Io: Fabr. d. §. ex non scripto nu. 3. Instit. de Iure natur.

Sed

Sed imo quod cōtrarium verius sit ope
91 rari s. fortius † consuetudinem quàm statu
tum facit quoniā consuetudo trahitur ad
casus similes statutum autem non Alex. cōs.
119. quoniam omne datum nu. 10. lib. 6.
Dec. cons. 694. pro resolutione nu. 8. &
92 fortiorem † statuto dixit Rol. cons. 67.
Dominus Iacobus nu. 34. & cons. 69. in
presenti consultatione nu. 62. lib. 3. facit
93 etiam quia licet statutum † habens clau-
sulam derogatoriam ad futura, tamen con-
traria consuetudo habens clausulam dero-
gatoriam præualet Ludo: Gozz. cons. 101.
in Christi nostri nu. 23. & subdit ibi nu.
94 seq. quod quando consuetudo est † con-
tra statutum etiam habenti clausulam de-
rogatoriam, item quia qoandoq; valet cō-
suetudo, licet non statutum, exemplum in
95 Clericis † qui non possunt statuere contra
canones. c. quod super de maior. & obed.
& tamen consuetudo ab eis contra cano-
nes induci potest d. c. fin. de consuet. Dec.
c. quæ in Ecclesiarum nu. 42. de Constit.
Abb. c. venerabilis nu. 4. de preben. & d.
c. fin. nu. 9. in illa q. quare valeat consue-
tudo contra Canones, & non statututum,
& quare secularibus etiam est indultum fa

 ciendi

ciendi legem contra legem Imperatoris non aute sic uiris Ecclesiasticis, vbi ponit rationem quia ius Canonicum intendit dirigere hominem in Deum vnde statutum contrarium videtur temerarium, & fini æterno contrarinm, ideo Papa non potest dare potestatem Clericis statuendi contra canones, sed consnetudo (inquit) quod toleratur coutra surgit extacito consensu Populi & non præsumitur tanta ambitio, & quia oritur scandalum ex consuetu-
96 dinis reprobatione, sed pace tanti † viri non videtur, bona ratio ista, quia si statutum vt supra fini æterno repugnat & sic non valet, quare valere debeat consuetudo, quæ fini æterno repugnans non dicitur valere vt supra dictum est. Quò verò ad scandalum non ne peius est amoueri a Deo quam tollere consuetudinem? Imo necessarium, est eam tollere, non tamen dixerim quod id quod supra principaliter dictum est, non sit verum, sed dico quod non per has rationes, vide tamen ad hoc Modern. ad Abb. vbi supra in lr̄a. c.

97 Octauo differunt consuetudo † & solitum quia illa verificatur in duabus vicibus, solitum autem in vna vice Aret. in d.

§. ex

§. ex non scripto nu. 39. Instit. de Iur: natur. Paul. Castr. in l. nemo nu. 8. c. de Episcopali audien & de communi Rocch. d. Rubr. de consuet. nu. 43. & de hoc solito idem Petrarca meminit in illis versibus.

)(*Il mio aduersario in cui veder' solete,*
)(*Non come foglio de folgorar' pauento,*
)(*Ardomi & struggo ancor' com'io solia,*
)(*Come tal'hor' al caldo tempo sole,*
)(*Ma par' come suol'far' tra dui mi tiene,*
)(*Ch'vn' dì cacciando si come solea,*
)(*Gl'occhi soaui ond' io soglio hauer' vita,*
)(*Et fortuna, & amor' pur' come suole,*
)(*Al tempo nuouo su l'mouer' i fiori,*
)(*Homin' e Dei solea vincer' per forza,*
)(*Son'importun'assai più che non solgio,*
)(*Solea lontano in sonno consolarmi,*
)(*A d'altro lagrimar' ch'io non soleua,*
)(*Soleasi nel mio cuor' star' bella & viua,*
)(*Et doue gl'occhi tuoi solean' far' giorno,*
)(*Che solean' far' in terra vn' Paradiso,*
)(*Quel viuo lauoro oue solean' far' nido,*
)(*Oue solea seder la bella donna,*
)(*Quand' hauer' suol' amor in noi più forza,*
)(*Ch'almen' di notte su l'tornar' colei,*
)(*Io mi soglio accusar' & hor mi scuso,*

)(*Solea dalla fontana di mia vita,*
)(*Nell'occhi ou' habitar' solea l'mio cuore,*
)(*Et se pietà ancor' può quant' ella suole,*
)(*Ch'ancor' sento tornar' pur' come soglio,*
)(*Dolce mio lauro ou'habitar' solea;*
)(*Che più nol' sento, & è non men' che suole,*
)(*E far' qual'io mi soglio in vista fare,*
((*Io che gioir' di tal vita non soglio,*
)(*Sperando la vittoria ond'esser suole,*
)(*Si che come solea più non s'affrette,*
)(*Pass' il pensier' si come sole in vetro.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatione tollitur consuetudo,*
2 *Maritus & vxor renunciare possunt consuetudini quod acquisita per coniuges diuidantur.*
3 *Renunciari potest beneficio consuetudinis nō tantum expresse sed tacite*
4 *Statuto contrario consuetudo tollitur,*
5 *Canonici tollere possunt ex causa consuetudinem, Ecclesiæ etiam iuratam.*
6 *Reuocari potest dispositio etiam iurata non obstante iuramēto de non reuocando,*
7 *Iurans contrahere matrimonium cum Berta vel contrahere cum Seia & per consequens*

quens non cum Berta ſi cum Berta contrahit matrimonium tenet, licet ſit periurus,

8 *Iurans certam relligigionem ingredi, & aliam eſt ingreſſus tenet tamen ingreſſus.*

9 *Iurans non vendere alicui librum & vendit tenet veuditio.*

10 *Iurans non condere teſtamentum & condidit, tenet teſtamentum.*

11 *Iurans non fideiubere pro aliquo ſi fideiubet tenet fideiuſſio.*

12 *Canonici poſſunt augere numerum Canonicorum taxatum, & iuratum.*

13 *Statutum tollit non ſolum conſuetudines inductas ſed etiam futuras quando habet clauſulas dero gatorias.*

14 *Statutnm dicitur tollere conſuetudinem ſiue faciat mentionem ſeu non.*

15 *Statutum poſtea ſuperueniens non dicitur tollere conſuetudinem. de qua ſtatuentes noticiam veriſimiliter non habuerunt.*

16 *Error Dec.*

17 *Ciues præſumuntur ſcire ſuam conſuetudinem.*

18 *Papa præſumitur igniorare conſuetudines,*

19 *Statutum facientes Ciues contra ſuam conſuetudinem dicuntur illam tollere licet de*

ea non faciant mentionem.

20 *Edicti seu banni quod non deferantur arma an præsumatur ignorantia.*

21 *Notarutij quidam reprehenduntur.*

12 *Laus Baldi Soffini forosemproniensis,*

23 *Particularis consuetudo, tollit dispositionẽ, in eo quod consuetudo, obtinuit.*

24 *Statuti præcedentis generalitati derogat consuetudo,*

25 *Legem tollit consuetudo.*

26 *Notarij consuetudinem, inducere non possunt.*

27 *Statutum non videtur tollere consuetudinẽ immemorabilem,*

28 *Principis rescriptum tollit consuetudinem.*

29 *Papa potest tollere consuetudines in Terris suis in quibus fuisset quæsitum per eas merum imperium vt silicet possit mittere Rectores.*

30 *Papæ bene faciunt mittere Rectores & Pretores propter abusus ciuium.*

31 *Ecclesiæ consuetudines tolluntur per generales non obstantias.*

32 *Clausula generali habet vim specialitatis ad derogandum consuetudini.*

33 *Papa si concessit priuilegium Papiæ studentibus percipiẽdi fructus in absentia non*

ob-

obſtantibus conſuetudinibus , Eccleſiæ ſuæ , ſi non fecit ſpecialem mentionem de conſuetudine , Eccleſiæ quæ dictat quod nulli poſſint percipere fructus beneficiorum in abſentia niſi ſaltim per annum fecerint reſidentiam adbuc dictæ conſuetudini dicitur derogatum .

34 *Clauſula non obſtantibus ſtatutis , prouiſionibus, ordinationibus aut aliquibus alijs tollit conſuetudinem .*

35 *Tolli poteſt ius reſultans ex conſuetudine , etiam immemorabili etiamq; priuilegium.*

36 *Papæ noua conſtitutio non dicitur tollere conſuetudinem, non facta conſuetudinis mentione exemqlum nu. 37.*

38 *Surreptio opponi poteſt ſi conſuetudini, Eccleſiæ non derogetur .*

39 *Clauſula nõ obſtãte ſine cõſuetudinis ſpeciali mentione an valeat ad tollendam eam.*

40 *Papæ collatio an valeat ſi conſuetudine alicui beneficium debetur .*

41 *Prælatus vt per Monaſterium de gremio alterius Eccleſiæ eligatur de conſuetudine, an cenſeatur illi derogatum per Clem. 1. de elect.*

42 *Amplia.*

43 *Lex generalis non tollit conſuetudinem*

ter-

certi loci.

44 *Limita.*

45 *Clausula generalis non tollit consuetudinem iuramento firmatam.*

46 *Canonici quo casu venire possunt contra cō-suetudinem iuratam.*

47 *Clausula generalis non tollit particulares cō suetudines.*

48 *Papa si aliquid mandat fieri non obstante consuetudine, per hoc solum tollitur consuetudo, quæ respicit omnes vniuersaliter nō aūt quæ alteri specifice dat priuilegiū ius enim cōsuetudine quæsitū nō tollitur.*

49 *Clausula non obstantibus non tollit consuetudines immemorabiles, & quod censetur rationabilis consuetudo antiquissima nec sublata censetur consuetudine remota nu. 50. limita nu. 51. limita nu. 52.*

53 *Tolli non potest consuetudo quando transiuit in tacitum quasi contractum.*

64 *Amplia.*

55 *Habitare qui voluerit in Territorio quod habet immunitatem si disponat lex: quia dicitur illa transire in quasi contractum non potest reuocari postquam venerunt.*

56 *Legatus de latere an possit tollere consuetudinem.*

Præ:

57 *Prælatus quo casu potest præudicare Ecclesiæ.*

58 *Legatus de latere quo casu potest lollere ius patronatus quæsitum consuetudine.*

59 *Episcopus non potest dispensare super consuetudine, quod habens præbendam teneatur residere.*

60 *Episcopus dispensat in Canonia non autem in præbenda.*

61 *Episcopus consuetudinem laudabilem tollere non potest.*

62 *Iudex inferior consuetudinem non tollit.*

63 *Immemorabilis consuetudo tolli non potest per iudicem imo nulla nu 64.*

65 *Tollit consuetudo contraria consuetudinem.*

66 *Substitutio pupillaris fuit inducta consuetudine.*

67 *Vltima consuetudo, attenditur & posteriori relatio facta censetur nu. 69.*

68 *Episcopi visitatio priuilegiata vt non tollatur.*

70 *Patroni vltima consuetudo spectanda.*

71 *Variabilis est consuetudo,*

72 *Consuetudinem antiquam deserimus causa noua subsistente.*

73 *Specialis vltima consuetudo, derogat generali.*

Iuris-

74 *Iurisconformis consuetudo, attenditur stante duplici consuetudine.*

75 *Consensus seu voluntas in actu difformi non colligitur.*

76 *Limita.*

77 *Consuetudo posterior non valet, nec tollit primam quando consuetudo, prior ad sit quæ dictet vt non valeat consuetudo,*

78 *Futura etiam consuetudo, dannata videtur, dannata consuetudine.*

79 *Reprobata consuetudine, non potest iterum induci alia limita nu. 82. 84. 85 & 86.*

80 *Capitaneus etiam vincendo meretur pœnam si prælietur cum hostibus contra prohibitionem.*

81 *Intellige & nu. 83.*

87 *Dannata consuetudine an censeatur de præterita tantum aut de futura.*

88 *Reprobata consuetudine ratione in tollerabilis iniquitatis non potest iterum induci,*

89 *Tollitur consuetndine contraria tanto tempore consuetudo, quanto fuit inducta prior.*

90 *Tollitur consuetudo quadragenaria alia con suetndine 40. ann.*

91 *Contrarium.*

92 *Felin saluatur.*

Inter-

93 *Interrumpatur quando conſuetudo.*

94 *Canonicorum nu. vt non recipiatur quis cõſuetudine niſi ſit in ſacris conſtitutus ſi ſemel fuit facta receptio Canonici in ſacris minime conſtituti per hoc non cenſetur ſublata prior conſuetudo, quæ niſi per aliam legitimam non tollitur ſed hoc eſt dubitabile apud Auctorem ibi.*

95 *Canonicorum numero ſi quis recipitur vltra nu. conſuetum, vnica receptione dicitur ſublata conſuetudo.*

96 *Optandi conſuetudo, ſi eſſet in Eccleſia, & vno mortuo omnes Canonici contradicerent volenti optare non eſt dubium quod vnico actu contrario tollitur conſuetudo optandi.*

97 *Interrumpi nou poteſt vno actu contrario conſuetudo.*

98 *Limita.*

99 *Vnico actu ſicut conſuetudo, non inducitur ita nec interrumpitur ſi iam ſit in eſſe deducta.*

100 *Tollere dicitur conſuetudo, decennalis contrariam conſuetudinem.*

101 *Interruptio inducitur ante annos decem lite ſequuta ſicut & per facti moleſtiam.*

102 *Collegialiter ſi fiat actus ſat eſt vnicus contra*

tra

tra consuetudinem.

103 *Vltimus status attenditur in consuetudine patrisfam.*

104 *Præscriptam consuetudinem, quod tollat non præscripta in causa possessionis.*

105 *Vnicus actus contrarius tollit consuetudinẽ non præscriptam.*

106 *Interrumpi non dicitur consuetudo per vnicum actum violentum.*

107 *Variabilis consuetudo, & non vniformis non attendenda.*

108 *Ratione cessante cessat consuetudo.*

109 *Rebellione cõn Principẽ tollitur consuetndo priuilegiata.*

110 *Lege noua contraria, an tollatur consuetudo.*

111 *Populum totum errare verisimile non est.*

112 *Legem si sequatur consuetudo, & consuetudo seruatur.*

113 *Lex noua non tollit consuetodinem quando concussum habet cum iure communi.*

114 *Compatrum filij an possint matrimonio coniungi.*

115 *Iure sublato an censeatur sublata consuetudo.*

116 *Limita.*

QVE-

QVESTIO DECIMA. QVARTA.

POSTREMO pro cōplemento operis, reſtat videre quot modis tollatur conſuetudo, & quidem pluribus modis contingit.

1 Imprimis quidem renuuciatione † & ſic per pactum dum tamen conſuetudo non ſit prohibitiua apoſtill. ad Gloſ. in l. Imperatoris ff. de contrah. empt. vnde infertur
2 † ad conſuetudinem quod acquiſita per coniuges equaliter diuidantur quia & alter eorum poterit renunciare Brun. ſtant. maſc. artic. 5. nu. 6. verſ. renunciare.

3 Ampliatur vt † non tantum expreſſe ſed etiam tacite beneficio illius renunciari poſſit Bal. l. ſi finita in princ. nu. 4. ff. de dann. in fe:

Secundo tollitur per contrarium ſtatu-
4 tum † nam eius eſt tollere cuius eſt condere l. nihil tam naturale ff. de reg. iu: l. ſi quis in princ. teſtamenti de leg 3. l. humanum C. de legibus Dec. c. cum omnes 1. lect. nu. 8. de Conſtit. Abb. c. 1. nu. 7. de

his

his quæ finut a maior. par. Capit. vbi am-
5 plius dicit quod Canonici † possint ex cau
sa tollere consuetudinem, Ecclesiæ etiam
iuratam quinimo fortius etiam semoto, ca
6 su consuetudinis ex causa poterit † non
obstante iuramento reuocari dispositio
quam quis iurauit non reuocare vt si quis
7 iurauit † contrahere matrimonium cum
Berta vel contrahere cum seia & per con-
sequens non cum Berta omni casu, si cum
Berta contrahit, matrimonium tenet, li-
cet sit imponenda pænitentia de periurio
Paul. castr. cons 340. dico non obstante
in priuc. lib. 1. & ibi ponit de eo qui iura-
8 uit † certam relligionem ingredi & aliam
ingressus est item de eo qui iurauit librum
9 non vendere † alicui & ei uendidit, & pa-
riter de eo qui iurauit aliud testamentum
10 non condere, † & condidit, item hæc &
alia exempla ponit Alex. dicti Pauli disci-
pulus, & nisi supra magistrum non infe-
rior illo in cons. 18. visis Capitolis col. 1.
vers. & primo quia lib. 2. & cons. 16. pon
deratis narratis nu. 5. lib. 3. vbi mouet nõ
nulla argumenta contra, postmodum illis
mirabiliter respondit, & plura alia not.
digna affert. Dec. in l. pacta nouissima nu.

9. C. de pact. Iaſ. in l. duobus §. fin.nu. 10. & ſeq. de Iure iur. Abb. conſ. 41. in queſtione quæ vertitur col. 2. verſ. nec obſtat lib. 2. Marſil. ſing. 379. iuramentum ſemper.
11 per vbi de eo qui † iurauit pro aliquo non fideiubere felin. in c. cum acceſſiſſent nu.
12 11. de cōſtit. vbi quod Canonici † poſſunt angere num. Canonicorum taxatum, & iuratum per præcedens ſtatutum.

Ampliatur vt ſtatutum non tantum tollat cōſuetudinē hactenus inductam ſed ēt
13 futuras † conſuetudines quando habeat clauſulas derogatorias Gozz. conſ. 101. audio dubitari nu. 22.

Ampliatur 2. vt cenſeatur per ſtatutum
14 ſublata conſuetudo ſi de ea fiat mentio† ſiue etiam non, ſi autem tollatur ius commune, & illi ſit conformis conſuetudo, ſublato iure communi cenſetur derogatum conſuetudini gloſ. in c. 1. in uer. facti de conſtit. lib. 6. Bar. & Alex. in l. 1. ff. ad leg. falcid. felin. in c. 1. nu. 16. vbi de communi de reſcript. & ibi etiam ad hanc ampliationem dat. 12. Limitationes ſed inter alia not.

15 Limitatur quia † particularis conſuetudo, non tollitur nec illi derogatur a ſtatuto

superueniente de qua statuentes verisimi
liter noticiam non habuerunt Dec. cons.
496. in causa Domini nu. 9. sed imo Abb.
quem ibi Dec. ad hoc allegat dicit totum
16 contrarium in lib. meo, qudd imo tollitur
consuetudo per contrarium statutum licet
de ea non faciat mentionem quia Ciues
17 † præsumuntur scire suam cõsuetudinem
summ. Siluestr. in ver. consuetudo q. 6.
18 nu. 11. secus est in Papa † c. 1. de Coustit.
lib. 6. vnde Dec. male allegasse videtur
Abb. qui totum contrarium dicit, & hic
idem inueni dixisse Petr. de Rauenn. de
consuet. nu. 106. vbi quod si Ciues faciãt
19 statutum † contra suam consuetudinem di
citur tolli consuetudo, licet de ea non fa-
ciant mentiooem quia Ciues præsumun-
tur scire suam consuetudinem, quam (et
si sit generalis) tenentur scire forenses
ideoq; infertur ad questionem, Pretor no
20 uus † venit, & fecit edictum siue bennimẽ
tum quod nemo deferret arma sub certa
pœna quidam qui venit nouiter ad illum
locum fuit inuentus cum armis, & ab of-
ficiali fuit captus & ductus ad carceres, di-
citur quod licet de nouo venerit & posset
allegare ignorantiam edicti, tamen stan-
te

te generali conſuetudine, Italiæ qua generaliter eſt prohibitum deferri arma non excuſatur allegando ignorantiam, & tenetur ſoluere penam idem Petr d. Tract.nu. 202. & ſubdit quod ita ipſe reſpondit coram Prætore exiſtẽte in Territorio Paduano cõtra quẽdam procuratorem qui ſuſceperat partes carcerati a quo receperat vnũ florenum & ſic mordet ipſum, ſed melius
21 morderi poſſunt quidam noſtrates † Notarutij qui ingerunt ſe ſe in omnibus ſpectantibus ad Aduocatos vt Iuriſconſultos & male ducunt cauſas vt in fine inſpicitur, ſed ignotantes officiales eos admictũt eo quod terminorum ſunt inexpertes,nõ ita tamen tempore quo fuit noſter Prætor
22 eccellens Practicus D. Baldus † ſoſſinus I. C. foro ſemproniendo: quia tunc ob erubeſcentiam ipſius qui eorum errores detegebat, ab huiuſmodi munere abſtinebant: Sicut autem ſtatuto tolli poteſt conſuetudo, ita conſuetudine ſtatutum, Conſuetudo, nanq; particularis tollit deſpoſitio-
23 nem † in eo in quo conſuetudo, obtinuit Blanc. in pract. crim. verſ. poſtquam vidimus nu. 66. folio mihi 72. derogatq; ge-
24 neralitati ſtatuti † præcedentis Iaſ. conſ. 182.

182. vertitur questio nu.8.lib. 2. pariterq;
25 tollit † legem vt dictum est supra vt voluit Marc. Mant. cons. 231. ex forma statutorum nu.43. Domin. de Sãct. Gemin. cons. 139. in causa Reuerendi Patris nu. 3. Prædicta tamen de statuto intelliguntur concludenter, non tamen si seruatum fuerit in Populo apud aliquos, quod censeatur derogatum statuto in contrarium existenti,
26 vt si notarij facere † consueuerunt instrumenta certo modo non per hoc illi possunt inducere consuetudinem concernentem totum Populum Abb. cons. 53. in prædicta causa col. 1. vers. item notarij lib. 2. Paris. cons. 96. circa presentem consultationem nu. 81. & seq. lib. 1.

Conclusionem supra sumatam limita
27 † in consuetudine immemorabili quæ non intelligitur sublata per statutum secundũ Natt. cons. 154. dubium in presenti num. 7. lib. 1.

Tertio tollitur consuetudo per Princi-
28 pis † rescriptum secundum Rol. cons. 66. quoniam veritas nu. 16. lib. 2. & cons. 16. viso testamento nu. 19. lib. 3. vbi loquitur in Principe supremo, idem de Papa quod possit tollere consuetudines quascunq;

29 cunq; in Terris ſuis † etiam in eis quæ acquiſiuiſſent merum Imperium vt ipſe poſſit mittere Bectores voluit Matt.conſ.640. maximi ponderis nu. 32. lib. 4. ſubdens quod fungi dicuntur Ciuitates vice Principis quatenus, tolerantur a Principe, vn-
30 de † benefaciunt Papæ mittere Rectores, & Prætores abſq; ꝙ eligantur per comunitates: quia niſi annuarent uotis Ciuium, & conſiliariorũ recipiunt in refirma faciẽda (yt cum vulgaribus loquar) caſſiam indebite & in iuſte vltra quod retrahuntur a miniſtranda iuſticia, Quodq; etiam conſuetudines Eccleſiæ tollantur pergenerales
31 † non obſtantias voluit Caluſulan. in clauſula non obſtantibus in princ. fol. mihi 13. & quod Clauſula generalis habeat vim
32 ſpecialitatis † ad derogãdũ conſuetudini, voluit Bal in c. cum omnes nu. 48. de Conſtit. vbi infert ad conſuetudinem Eccleſiæ quod nulli poſſint percipere fructus bene
33 ficiorum † in abſentia niſi ſaltem per annum fecerint reſidentiam, quod ſi Papa conceſſit priuilegium Papiæ ſtudentibus percipiendi fructus in abſentia non obſtantibus conſuetudinibus Eccleſiæ ſuæ nec faciat ſpecialem mentionem de conſue

tudine, quod cenſetur derogatum ſpecia-
liter, item intelligitur ſublata, & probata
35 per iſta verba † non obſtantibus ſtatutis,
prouiſionibus ordinationibus aut aliqui-
bus alijs Paul. Caſtr. in Auth. Nauigia nu.
3. C. de furt. Io. Mar. Rimin. conſ. 443.
Domine nu. 10. lib. 3. ſicut etiam tolli po-
35 teſt ius reſultans † ex conſuetudine etiam
immemorabili etiamq; priuilegium Natt.
conſ. 512. fuit alias dictum nu. 12. lib. 3.

36 Limitatur primo † in conſuetudinibus
Eccleſiarum, quia non cenſetur eis dero-
gatum per nouam conſtitutionem Papæ
non facta conſuetudinis ſpetiali mentione.
c. 1. de conſtit. lib. 6. & poterit poni exem
37 pli in Bulla † officij maioris Pij Papæ V. San
ctæ memoriæ, quæ tamen fuit Clarius ac-
commodata circa dicendum officium Bea-
tæ Mariæ in Eccleſijs vbi erat conſuetudo,
& generaliter poteſt poni exemplum in
qualibet conſuetudine Eccleſię contra quã
38 ſi non opponatur † & ſi ei non derogetur
poteſt obijci de ſubreptione contra impe-
trantem a Sede Apoſtolica non facta con-
ſuetudinis Eccleſiæ ſpeciali mẽtione Turr.
Crem. c. 1. nu. 4. 60. diſtinct. quæ conſuetu-
do vt tollatur per gratiã non ſufficit † clau-
ſula

ſula generalis non obſtante aliqua conſue tudine ſed requiritur ſpecialis mentio dictæ conſuetudinis Io. Mar. Rimin. conſ. 73. viſo priuilegio nu. 32. l.b. 1. Infertur etiam ad aliud exemplum Beneficium per
40 conſuetudinem alicui debetur † adeſt collatio Papalis, dicitur quod illa non derogat huic conſuetudini, & illam non tollit Card. Put. deciſ. 235. ſtatutum eſt in Ciuitate Placentina nu. 4. lib. 2. Item infer-
41 tur † quod conſuetudini quam obtemptũ eſt quod vnum Monaſterium de gremio alterius religionis eligeret ſibi Prælatum quod non cenſetur derogatum per Clem. 1. de elect. ex quo de illa non fit mentio Card. Florent. in d. clem. ſub nu. 15. verſ. decimo nono quero quod dubio procul procedere in conſuetudine iuri conformi
42 † voluit poſt Mil. felin. & Natt. Burſat. cõſ. 161 dum Magnificus nu. 66 lib. 2. prout
43 etiam quia † conſuetudo, certi loci non tollitur per legem generalem Bal. d.l. de quibus nu. 17. hoc tamen ſublimitatur niſi fie
44 ret † mentio de irrationabilitate aut irrationabili modo conſuetudinis quia etiam tunc non facta eius mentione tolleretur idem Bal. in Rubr. de conſuet. nu. 23.

45 Limitatur secundo † quod ista clausula generalis non obstantibus consuetudinibus non derogat quando illæ sunt iuramento firmatæ glos. not. & communiter approbata in Clem. dudum alias incipit super Cathedram in fi: de sepult. Iacob. de S. Geor. in d. Auth. Nauigia nu. 3 .& l. certi condictio §. si nummos num. 4 ff. si cert. pet. sed obiter aduertendũ est quod licet consuetudines iuratæ sint maximæ poten-
46 tentiæ, tamen Canonici † ad huc venire possunt contra consuetudinem etiam iuratam iusta causa subsistente Præpos. c. in his nu. 11. 2. distinct.

47 Limitatur tertia † vt clausula generalis non tollat particulares consuetudines Ant. c. irrefragabili nu. 12. de off. Ordin. & ibi etiam Imol. in §. excessus nu. 6. vbi plus
48 subdit quod si Papa mandat † aliquid fieri non obstante consuetudine quod per hoc solum tollitur consuetudo, quæ vniuersaliter respicit omnes non autem quæ alteri specifice dat priuilegium ius.n. consuetudine quesitum non tollitur Aym. cõs. 353. Domini Cameræ nu. 9. lib. 3.

49 Limitatur quarto † vt dicta clausula generalis non obstantibus non tollat consue-

tudines

tudines immemorabiles Io: Ceph. conſ. 628. cauſam quæ proponitur nu. 71. lib. 5. Aym. conſ. 932. quamuis abunde nu. 10. lib. 5. & in tract. de Antiq. temp. 4. par. nu. 18 & conſ. 21. homines Sanctæ Agnetis nu. 12 vbi quod conſuetudo antiquiſſima cenſetur rationabilis, nec vide-
50 tur ſublata † conſuetudine ſemota Ang. & Alex. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Ruyn. conſ. 12. videtur fortaſſis in fi: lib. 2. Nat. d. conſ. 154. nu. 7.

51 Sublimitatur primo † quando conſuetudo eſſet dannata propter irrationabilitatem, quia tunc etiam immemorabilis, cenſetur ſublata Petr. de Rauenn. de conſuet. nu 55.

52 Sublimatur ſecundo † quando conſuetudo eſſet expreſſe reprobata in aliquo caſu particulari quia tunc reprobata dicitur etiam immemorabilis Card. in Clem. 2. q. 8. de rebus Eccleſ. non aliend. ſequitur Dec. in. c. 1. ſub nu. 5. verſ. & idem tenet de conſuet. Card. Pariſ. d. conſ. 72. num. 53. lib. 1.

53 Limitatur quinto † quando conſuetudo tranſiuit in tacitum quaſi contractum quia tunc non poteſt tolli l. quod ſemel vbi Bal-

ff. de

ff. de decret. ab ordin. faciendo, & maxi-
54 me,† quando transit in contractum seu quasi contractum non subditi Corn. cons. 268. in hac consultatione nu. 18. lib. 4. & ibi subdit quod simile contingit si fiat lex
55 † quod qui venerit ad habitandũ in Territorio habeat immunitatem, quia illa dicitur transire in quasi contractum vnde postquam venerunt non potest reuocari.

Circa prædictam tamen conclusionem dubitari contingit an per Rescriptum
56 etiam legati de latere possit † tolli consuetudo & quidem concludendũ est quod nõ sed quidem quod poterit limitari. Aym. cons. 96. Dominus Iasfredus nu. 9. & ibi etiam quod Prælatus potest præiudicare
57 † Ecclesiæ quando per hoc reditur ad ius commune.

Illud tamen prætereundum non censeo
58 posse legatum † de latere tollere ius patronatus quesitum consuetudine c. dilectus de off. legat. c. cum dilectus de iu. patron. Bero. cons. 12. in causa Comini Bartholomei nu 11. lib. 1.

Episcopus autem non potest absolute
59 tollere consuetudinem † vnde infertur ad consuetudinem quod habens præhendam

teneatur

teneatur resìdere quia illa non poterit
tolli, nec super ea dispensari per Episcopũ
Henr. Boich. c. de multa sub nu. 20. vers.
dicebat Petrus de preben. & ibi cessante
consuetudine quando tamen non residens
60 † fructus non percipit dispensat Episcopus
in canonia non autem in Præbenda mul-
toq; minus potest Episcopus tollere con-
61 suetudinem laudabilem Ecclesiæ † quia
veniret statim reuocãda per superiorem ẽt
vno instante, & contradicente, Petr. de
Rauenn. de consuet. nu. 60.

Multoq; minus poterit consuetudo tol-
62 li per † Iudicem inferiorem Aym. cons.
349 collatio præbendæ nu. 11. lib. 3. ma-
63 ximeq; † si sit immemorabilis Panciroli
cons. 119. cum Vallis Vneclæ num. 74.
lib. 1. Imo nec potest tollere consuetudi-
64 nem nullam † ne dum validam quando à
superiore toleratur Aym. d.cons. 137. nu.
8. Hypp. Rimin. cons. 55. Egregie scripsi
nu. 12. Rol. cons. 3. quod nobilibus nu.
13. lib. 2.

65 Quarto tollitur consuetudine, † contraria Ias. d l. de quibus nu. 79. & in l. ino re nu. 3. ff de Acquir. hered. vbi quod consuetudine fuit inducta substitutio pu-

pilla-

66 pillaris † ita & contraria consuetudine tolli potest, vt firmat post Bal. & Alex. Dec. c. quaestioni nu. 3. de App. & semper vlti-
67 ma consuetudo † attenditur Ias. in l. in arena nu. 5. C. de inoff. testa: Rocch. d.c fin. nu. 406. Purpur. co ns. 582. Communitas Altercellæ nu. 43. lib. 2. Io. Ceph. cons. 644. In Inclita ciuitate nu. 13. lib. 5. Rip. resp. 15. Nobilis Dominus nu. 9. de Iu: gent. Paris. cons. 13. attingendo articulum nu. 20. & cons. 21. disponere iura nu. 17. lib. 1. Rol. cons. 66. quoniam veritas nu. 19. lib. 2. Preterquam in procuratio-
68 ne debita Episcopo ratione † visitationis, quia est priuilegiata vt non tollatur Abb. c. cum ex officij nu. 17. de præscript. vbi quod est consuetudo quæ contraria non tollitur, secus in alijs procurationibus quæ deberentur Episcopo consuetudine, vel ratione pacti, alias enim consuetudini quando quis se refert stante duplici con-
69 suetudine, ad posteriorem † se referre dicitur Socc. Sen. cons. 9. Prosequendo ordinem nu. 20. lib. 1. Gozz. cons. 8. in hac causa Illustrissimi nu. 41. Boer. decis. 263. quid si per pactum nu. 8. Rip. vbi supra Purpur cons. 473. quia dominus Titius

nu.

nu. 22. lib. 2. vbi quod consuetudo, vlti-
70 ma patroni † spectanda est quæ immedia-
te præcessit, consuetudo namque est va-
71 riabilis quia variatur † secundum Populi
volũtatem tacitam vel expresam Mar. An
guissol. cons. 6. in pressenti controuersia
nu. 15.& cons. 223.quod feudatarius nu.
72 7. Recedimus enim ab antiqua † consue-
tudine causa noua accedente Aym. cons.
478. in Valle Maioranæ in princ. lib. 3. &
maxime si sit vltima consuetudo, specialis
73 † quia derogat generali idem Aym. cons.
462. Magnificus Dominus nu. 13. lib. 3.
& cons. 530. quæritur ius nu. 2. & cons.
545. Nobilis franciscus nu. 7. lib. eo. Pro-
74 bataq; † duplici consuetudine debet iudi
cari secundum eam quæ sit conformis iuri
communi Afflict. decis. 28. quondam Ioã-
nes nu 9. Purpur. cons. 115. pronuncian
dũ est nu. 8. lib. 1. & alias reccurritur ad
ius commune vt per eundem Purpur. cõs.
522. solutio annuæ pensionis nu. 14. lib.
2. Becc. cons. 7. quæritur an iuramentum
nu. 27. Anguissol. cons. 14. videtur prima
facie nu. 7. Bursat. cons. 127. Illustris &
generosus nu. 58. lib. 2. Aym. cons. 683.
scripsi pro Domina luchina nu. 2. vers. sed
enim

enim consuetudo lib. 4. & cons. 861. furnum a municipe num. 5. lib. 5. vbi quod
75 consensus † seu voluntas in actu difformi colligi non potest Purpur. cons. 315. difficultas causæ nu. 10. lib. 1. Decian. cons. 9. duo sunt principaliter nu. 84. lib. 2. & cons. 52. reuocatur in dubium nu. 77. eo:
76 lib. nisi tamen vna † consuetudo sit frequētius obseruata quam alia Ias. cons. 149. presens questio nu. 33. lib. 2. Becc. cons. 101 in proposita facti specie nu. 51.

77 Limitatur supra † dicta conclusio nisi ad sit prior consuetudo, quæ dictet vt non valeat consuetudo, Bal. d. l. de quibus nu. 92. qui licet intelligat hoc procedere de-
78 preterito non autem de futuro † tamen in contrarium se habet communis opi: vt supra intelligatur reprobare etiam consuetudinem de futuro glos. in clem. fin. in ver. decernimus de rebus Eccles. non alien. &.c. uni. de Cler. egrot. Præpos. c. scit santa nn. 3 12. distinct. Imol. d.c. fin nu. 17.& ibi etiam Rocch. nu. 521. Bar. l. si mihi & tibi §. fin.& ibi etiam Alex. ff. de leg. 1. Bal. in l. 2. col. 2. C. quæ sit lon. consuet. Ias. in l. cunctos Populos 1. lect. nu. 35. & in repet. nu. 54. C de sūm. trin.& fi. Cathol.

& in

& in d. l. de quibus nu. 55. Dec. in repet. L. quicunq; nu. 2. C. qui admiſſ. felin. c. 2. nu. 11. de probat. Alex. conſ. 196. viſo teſtamento nu. 13. lib. 2. & conſ. 134. etiã aduerſis nu. 33. lib. 6 cum enim iuſta ra-
79 tione reprobata † dici poſſit, etiam per legem non poteſt iterum induci Petr. de Rauenn. de conſuet. nu. 244. Rocch. d. c. fin. nu. 520. Ruyn. d. conſ. 109. nu. 4. lib. 1. Viui communium opi. lib. 1. opi. 52. conſuetudo, Soarez. in Thes recept. ſenten. verſ. conſuetudo nu. 285. & facit ad
80 hoc ſimile Capitanei † vt non prælietur cum hoſtibus quia ſi contra faciat licet vincat debet decapitari l. 3. §. in bello ff. de re milit. proſequitur etiam Valer. Max. lib. 2. cap. 2. de diſcipl. milit. de poſthumio Tiburto & Tito Manilio Torquato qui eorum filios occidi iuſſerunt eo quod contra ius belli dimicaſſent, licet hoſtes fudiſſent
81 & victoriam reportaſſent quod tamen † intelligit Crem. ſing. 151. mandatum, niſi ex aliqua noua cauſa ſuperueniente vel ẽt veteri quæ latebat Principem talis Capit. contrauenit mandato alias ſecus & ibi dicit male ſucceſſiſſe cuidã Capitaneo Venetorum qui propter obedientiam quam ſi-

bi

bi præstari faciunt in iure veræ Reipub. ad huc continuandam, tanta est etiam ipsorum prudentia.

82 Sublimitatur † quia ex noua causa s. publicæ vtilitatis, vel consensus Principis, vel quia lex non fuit recepta in obseruantia secundum Rocch. d.c. fin.nu. 528. potest induci consuetudo contra legem
83 † expresse derogantem etiam futuris consuetudinibus Viui. d. opi: 55. Intelligendo
84 tamen nisi inducatur † alia consuetudo præscripta ex nona causa, vel veteri non cogitata per legis latorem quia valebit cessante dicta ratione glos. in clem. statutum in uer. consuetudine in fi: vbi etiam Abb. dicit not. & menti tenendã de Elect. idem Abb. d. c. fin. nu. 24. de consuet. in c. cæterum nu. 9. de Iur. Cal. in. c. 2 nu. 8. & ibi felin. sub nu. 11. vers. est verum de probat. Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 104. dicit etiam idem Petr. ibi num. 196. non
85 valere contrariam consuetudinem † quando prohibitio iuris communis importat necessitatem, & quod consuetudo antiqua damnata possit ex causa noua † induci voluit Io: Franc. Ponzin. in Tract. de lamijs nu. 36. summ. siluestr. in uers. consuetudo

ſuetudo q. 6. num. 10. quod abſq; dubio procedit quando tantum præterita conſue
87 tudo eſt damnata † quia tunc non cenſetur damnata futura Ant. in c. irreg fragabili nu. 21. de offic. ordin. ſed tamen hanc opi: non
88 puto veram, & dictum Ant † multo minus procedit quando conſuetudo fuit ſemel reprobata ratione intollerabilis iniquitatis quia non poteſt tunc iterum induci Io. Mar. Rimin. conſ. 443. Magniſice Domine nu. 11. lib. 3.

89 Declaratur † vt tanto tempore tollatur per conſuetudinem contrariam quanto inducta prior Abb. Clem. 2. nu 15. poſt gloſ. ibi de ſta: Monach. Rocch. d. c. fin.
90 nu. 409. vbi quod conſuetudo † quadragenaria alia conſuetudine 40. annorum tollitur Aret. conſ. 24. quattuor dubia num.
91 12. Contrarium † tamen tenuit felin. in c. cum acceſſiſſent 7. Limit. de conſtit. qui licet contra preſentem opi: vti communẽ
92 loqui videatur, tamen ſaluari † poteſt in conſuetudine, cõ ius iam inducta tollenda quia tunc ſufficiunt 10. anni quia fauorabilis reputatur dicta conſuetudo tollens, & reducens rem ad ius commune, ſecus cenſeo in alia quæ maius tempus re-

quirit, & non sit contra ius commune, & sic procedat prima opi. multa minus au-
93 tem consuetudo † semul causata, & formata interrumpitur solem per actus contrios etiam semel vel bis permissos Imol d. c. fin. nu. 26. & ibi etiam Ant. nu. 34. de consuet. glos. fin. in l. 2. in vltima quaestione. C. quae sit lon. consuet. Alex. in l. 2. in princ. ad fi: ff. sol. matr. salyc. in l. 1. num. 29. C. quae sit lon. consurt. Natt. cons. 521. scripsi alias nu. 4. lib. 3. Hypp. Rimin. cons. 72. Illustris & Magnificus nu. 117. Curt. iun. cons. 258. praesupponitur in facto nu. 32. & confert optime dictum Gemin. c. in his nu. 4. 11. distinct. vbi dicit de consuetudine, Bononiae qua cauetur vt nullus
94 recipiatur in Canonicum nisi sit † in sacris ordinibus constitutus, & quod fuit facta semel receptio Canonici in sacris ordinibus minime constituti quod per hoc non censetur sublata prior consuetudo, quia per aliam consuetudinem, legitimam tollitur: Hoc tamen dictum redditur admodum dubitabile per ea quae voluit Ant. d. c. fin. nu. 34. vbi in terminis si consuetudo induxisset certum numerum Canonicorum in Ecclesia ex consensu Capituli si ali-

aliquis recipitur in Canonicum vltra nume
95 rũ certe diceretur vnica † receptione sub-
lata consuetudo, item facit etiam contra
96 Gemin. quia si esset consuetudo, † in Eccle-
sia optandi, & vno mortuo omnes Canoni
ci contradiceretur volenti optare quod nõ
est dubium quod vnico actu contrario tol-
litur consuetudo optandi vt per eundem
Ant. vbi supra vers. si tamen, licet alias
97 † per vnicum actum contrarium non inter
rumpatur nec tollatur consuetudo, Aym.
cons. 497. quod mercatores nu. 19. lib. 3.
98 secus † si non sit completa Rocch. d. c. fin.
nu. 402. idem Aym. cons. 462. Magnifi-
cus Dominus nu. 14. lib. 3. sicut enim non
99 inducitur † ita nec interrumpitur per vni-
cum actum iam in esse deductum Bal. in
Rubr. de consuet. nu. 22. sed consuetudo,
100 decennalis † in contrarium, tollit regula
riter consuetudinẽ præcedentem Præpos.
d. c. frustra nu. 5. 8. distinct. Marc. Mant.
cons. 231. ex forma statutorum nu. 58. an
101 te annos autem decem † lite sequuta indu-
citur interruptio sicut, & per facti mole-
stiam Aym. cons. 861. furnum a municipe
in princ. lib. 5. Dec. in l. nemo §. tempo-
raria in princ. ff. de reg. iu. vbi tamen hoc

limitat tribus modis quas ibi videre poteris & vide apud felin. in d. c. cum accessissent sub nu. 31. de constit. vbi ponit duas alias limitationes quarum vltimam late posui supra & est in ordine secunda, quintã non vidi facere ad casum quia loquitur quando consuetudo prima, non fuit præscripta, hic autem secus, & in alijs terminis, & prosequendo breuiter dictas limitationes dico ad corroborandũ quod quoad illam limitationem. s. quod illi inter quos est inducta consuetudo facerent actum scienter
102 † & collegialiter contra consuetudinem tollatur consuetudo, vltra eosdem Ant. felin. & Dec. vbi supra idem voluit Petr. de Rauenn. de consuet. nu. 172. Rocc. d. c. fin. nu. 415. Natt. cons. 637. multa sunt nu. 118. lib. 3. Gozz. cons. 23. prima facie videtur circa finem, quod etiam dicitur in
103 consuetudine Patrisfam. † in qua dicitur attendi vltimus status idem voluit Rocch. d. c. fin. nu. 416. Circa aliam etiam fallentiam quod in causa possessori 2. non præ-
104 scripta præualeat † præscriptæ idem voluit Bal. in c. cum Ecclesia sub nu. 12. uers. sed contra prædicta de caus. possess. & propriet. Rocc. d. c. fin. nu. 414. Alex. in l. 2.

in

in princ. ad fin. ff. ſol. matr. Iaſ. in d. l. de quibus nu. 79. vbi quod vnicus actus contra conſuetudinem præiudicat in cauſa poſſeſſorij.

Quando autem alias conſuetudo, non erat præſcripta ſecus regulariter, quia ab
105 vnico actu † contrario interrumpitur, ita vt neceſſarium ſit de nouo incipere præſcribere conſuetudinem Ant. d. c. fin. nu. 34. Imol. nu. 26. Abb. num. 19. de conſuet. Ang. d. §. ex non ſcripto nu. 21. Socc. Sen. conſ. 7. nunc queſitorum num. 11. l. b. 1. ſumm, ſilueſtr. in ver conſuet. 9. 5. nu. 8. & in iſtis terminis loquutus fuit Bal. in d. l. de quibus nu. 36. Siluan. conſ. 56. Magnificus Dominus nu. 13. & multo
106 minus interrunpitur † per actum vnicum illegitimum, & violentum Celſ. Vgo conſ. 54. eſt quoddam nu. 16. & quod conſue-
107 tudo tanquam † variabilis, & non uniformis non ſit attendenda voluit Alex. conſ. 173. viſo & diligenter conſiderato nu. 13. lib 6. Corn. conſ. 259. viſo puncto ſub nu. 6. verſ. interrumpitur lib. 3.

108 Quinto tollitur † & ceſſat conſuetudo, ceſſante & ſublata ratione ipſius quæ inprimis attendenda eſt Clauſulan. in clauſu

la quando filia repellat a successione nu. 32. fol. mihi 389.

109 Sexto tolluntur † consuetudines priuilegiatæ, per rebellionem contra Principem sicut tolluntur, & perduntur priuilegia Martin. Lauden. in tract. de crim. læs. maiest. q. 29. vers. sicut per rebellionem.

110 Septimo tolluntur † consuetudines, per legem nouam contrariam nisi sit localis quæ non habeat Clausulam derogatoriam consuetudini, qn̄ remanet, nisi deroget iuri naturali, diuino morali, decem præceptis, voto, relligioni, mistico precepto de sabbato seruando & circuncisioni aut percepto ceremonialis, non orabis in boue & asino; Iuri autem gentium, & positiuo si per errorem est inducta non valet si autem est generalis valet quia non est verisimile

111 totum † populum errare *Henr. Boich.* d. c. fin. nu. 6. de consuet. aut verò consuetu

112 do, sequitur † legem & consuet. seruatur luc. de penn. in repet. l. Vni. nu. 9. & seq. C. de collat. donat. lib. 10.

Sed circa prædicta aduertendū est quod consuetudinem lex noua non tollit quan-

113 do concursum habet cum † dispositione iuris communis Præpos. c. super eo nu. 7.

de

de Cognat. spirit. & ibi exemplificat in sta tuto quod erat olim. de iure antiquo vt in
114 ter filios compatrum † etiam per quos non erat deuentum ad compaternitatem esset impedimentum iux.c. post susceptum 30. q. 3. postq; fuit introductum quod non esset impedimentum, infertq; quod si remansit consuetudo, in aliquo loco quæ sequeretur ritum antiquum & sequendo nouum generaret scandalum, remanebit prima consuetudo, & generaliter quod sublato iure
115 to iure censeatur † sublata consuetudo, voluit idem Præpos. in c. mos est nu. 3. 1. di
116 distinct. ibiq; † limitat primo nisi imineret scandalum, secundo nisi resultaret dubium in lege super intellectu suo, & multipliciter intelligeretur, quia istis duobus casibus remaneret consuetudo, & cum fine consuetudinis impositus sit finis huic solemni tractatui ad laudem omnipotentis Dei, & Beatæ Genitricis Mariæ semper Virginis, & Aduocatæ meæ perpetuæ.

FINIS.

ERRATA. EMENDATA.

pag. 31. lin. 18. Nutt.	Natt.
pag. 66. lin. 1. si vna	si vno.
pag. ea. lin. 5. de dict.	de elect.
pag. 68. lin. 8. iun.	Inn.
pag. 69. lin. proleni	Prohem.
pag. ea. lin. 18. pretentis	Petentis
pag 71. lin. 22. semin.	Gemin.
pag. 72. lin. 2. l. si 2.	lib 2.
pag. 74. lin. vult. Parf.	Parif.
pag. 75 lin. 8. Summ.	Gramm.
pag. 76. lin. 16. uull.	a Vall.
pag. ea. lin. 18. Mart.	Marc.
pag. 80. lin. 12. aliquos alios verum non	aliquos, alios verò non
pag. ea. lin. 22. oppofuit	appofuit
pag. 82. lin. 12. 4. plura confuet.	resp. 4. plura confuse
pag. 98. lin. 10. exultatio	emulatio
pag. ea. lin. 12, ihiudet	inuidet
pag. 100. lin. 21. ominum	animum
pag. ea. lin. 23. equalis	qualis
pag. 101. lin. 14. poteft	probet
pag. 102. lin. 3. Noct.	Hoft.
pag. ea. lin. 18. iurisdeorum	iurisd. omn.
pag. ea. lin. 22. diftat	de fta.
pag. ea. lin. 23. an	Alex.
pag. 107. lin. 13. in priore	in princ.
pag. 108. lin. 12. sequitur	sequeretur
pag. 113. lin. 12. iun.	Inn.
pag. ea. lin. 13. Gomin.	Gemin.
pag. 115. lin. 4. des	eos
pag. ea. lin. 23. scientia	fiant

pag. 118. lin. 20. rationabiliter	rationabilitas
pag. 119. lin. 4. contrarius	contra ius.
pag. 122. lin. 12. famas, domini	fama, dominio
pag. 126. lin. 13. postea audita	post ea tradita
pag. 129. lin. 4. tui	sui
pag. 131. li. 16. 184. 185. & 189.	182. 183. & 187.
pag. 133. lin. 3. 191.	189.
pag. 142. lin. 22. lupantioni	lupanari
pag. ea: lin. 25. tripardin	tripudia
pag. 162. lin. 18. reputatione	reprobatione
pag. 184. lin. 20. laudi	locum
pag. 185. lin. 14. posteriori	posterior
pag. 189. lin. 24. Esdem	Esdræ
pag. 198. lin. pen. dispenatione	dispensatione
pag. 202. lin. 13. procuret	procreet
pag. 203. lin. 12. nocentium	incentiuum
pag. ea. lin. 16 20	eo:

pag. 210. in fi. 20. illatronis deficit post ver. contrarium Io. Bapt. ferrett. d. cons. 59. nu. 9. lib. 1.

pag. 211. lin. 18. Imperatores	Imperator
pag. ea: lin: 26. regunt	cogunt
pag. 212. lin. 19. excusat	excusat. tut.
pag. 241 lin. 9. gualdanei	gualdarij
pag. 492: lin. 16. patre	fratre:

pag. 548: lin: 3: ibi Hyspanus abuudat.

Ad Lectorem.

Errata in adiectione, diminutione, vt mutatione literarum non alterantium sensum quæ lapsu corre ctoris emanuta dignosci poterunt, & intelligentiam periti non offendunt, superuacuũ fuit adnotare, solũ auctoritates, numeros, & sensum deprauãtia supra apposui cũ in his diuinare nullus possit, Excusationẽ queso in omnibus præstes, & libẽter, seduloq; elaborata equi boniq; consulas.

REGISTRVM,

* *a b c d e f g h i k,*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt.

Omnia ſunt folia,

Præter aſteris * quæ ſunt medij folij.

INDEX ALPHABETICVS TRACTATVS DE CONSVETVDINE.

A

Banni-

B

Beneficium

Bono-

Ca-

Ciuium

col-

Con-

Con-

Cri-

D

De-

Ec-

res

Epi-

Error

bet

Ex

F

co

ad

Ge-

H

Hone-

uires

 fuit

tacite

Iu-

test

Ius

Le-

Lex

Libellus

iudi-

Maior

non

Men-

Mino-

Mona-

Monti

Mune-

Notarij

 gene-

Patroni

lex

Phi-

Pos-

Præ-

Rationabi-

Regio-

Resi-

S

Spo-

tudi-

Sti-

Stilus

Tabel-

T

tum

INDEX.

V

Vesti-

nu.

Voca-

nam

INDEX.

FINIS.